ERYCI PVTEANI

EPISTOLARVM APPARATVS

NOVVS ET MISCELLANEVS;

IN QVO

Officia familiaria, negotia, studia.

CENTVRIA QVARTA.



ANTVERPIÆ
Typis Viduæ Ioannis Cnobbari.
ꝏ. IↃC. XXXIX.

MAGNO STRATEGO,

D. ANDREÆ

CANTELMO,

E REGIBVS SCOTIAE,

DVCIBVS POPVLI,

ET AD GLORIAM MILITIÆ NATO;

TORMENTORVM BELL. PER ALSATIAM,

ET PROVINCIÆ FLANDRIÆ PRÆFECTO;

CONSILIIS DVCI, MANV MILITI;

QVI

GERMANIAM PVGNANDO,

LVCEMBVRGVM SERVANDO,

BELGIVM DEFENDENDO,

VIRTVTI ET FORTVNÆ SVÆ

OBSTRINXIT;

HOSTIVM VICTORI, ET ANTE SVI;

HERCVLEO PATROCINIO MVSAS,

ARMIS LIBROS COMPLEXO;

LEGIONVM DVCTORI,

EPISTOLARVM CENTVRIAM

ERYCIVS PVTEANVS,

STVDIIS VOTISQVE CONSECRATIS,

L. M. OFFERT.

Seneca Epist. LXXXIX.

DESCRIBITUR in tribus populus, in Centurias exercitus. Quidquid in majus crevit, faciliùs agnoscitur, si discessit in partes.

INDEX EPISTOLARUM.

A.

B.

C.

Fau-

F.

G.

H.

EPI-

EPISTOLA I.

Brugas.

ERYCIVS PVTEANVS

BAMELRODIVS

OLIVERIO VREDIO, *V.C.*

S. D.



Apuit ingenii me tui eruditа felicitas, Clarissime Vir, obstrinxit animi officiosa benignitas. Profectò quem amare possem, in libro ad me misso admiratus sum & admirari pergam, quem amare satis non est. Solâ epistolâ extorquere affectum poteras, etiam ab ignoto: fecisti autem munere, ne ignotus essem. Vidi Musas, vidi Gratias, quæ, ut candidè dicam, ostendunt, non unum Belgis Apollinem, non unam Venerem esse. Imitari Summos voluisti? proximus

ximus es. Deinceps qui assurgere vernaculo tentabunt stilo, VREDII poterunt exemplo magni esse. Sed quia inclytæ virtutis Heroëm, magnam imaginem Martis, BVCQVOYVM descripsisti, nemo facilè tanto ingenium argumento occupabit. Hîc te amo, hîc te admiror; quia illum ipsum, dum viveret, id est pugnaret & vinceret, familiariter ego amavi, & admiratus sum: facis tu verò elegantissimo Poëmate, ut qui incomparabili virtute mortuus est, semper victurus sit; in opprobrium Barbarorum, quamdiu aut Musa aut Bellona erit, legendus. Sed tu perge innocentissimâ sapientiæ amœnitate inter æternas mentes locum tibi vindicare. Vernaculâ carminis majestate domi & inter Belgas jam clarus, Romanam quoque Daphnem complectere: nihil siquidem immortalitati oberit, sub frigido Sole natum

tum esse. Pauci omninò tantum ingenio, aut etiam nomini tribuunt, ut lucro non adhæreant: satis scilicet docti, si inter artes omnes, unam illam χρηματιστικὴν calleant; non ut sciant, sed ut habeant occupati. Illis igitur Apollo Plutus est, & totum studiorum nomen atcâ continetur. Age, quod agis: vota tua nemo reprehendet, nisi qui non assequetur. Hoc dixerim quoque, Facilius in forum, quàm in Parnassum iri. Sed te, mi VREDI, amo, te admiror: nam & forum tibi, & Parnassum vindicasti. Vale. Lovanii, in Arce, x. Kalendas Martias, ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA II.

Bruxellam.

CAROLO LAFALIO,
à Secretis Status.

PRæter morbos, ipsa mihi hactenus hiems morbus fuit, & quos typis destinaveram dare libros, impedivit. Dilata sic etiam novarum Epistolarum editio, quam flagitare passim Viri Docti, meo aliquo velut capti genio, non desinebant. Dilata, & fortassis, ut tempora hæc sunt, adhuc differenda. A studiis nunc igitur ad negotia venio; & per ipsa tamen te studia rogo, ut, siquid mihi tribuendum censes, Quæstori, & Amico huic meo, de quo nuper egi, impertias; tuam parato prorsus gratiam ac benevolentiam mereri. Operam ille meam, ut Quæstor, cœpit exigere; ut Amicus, exspe-

ctare.

ctare. Sed dare ego malim, quàm persolvere; malim in Quæstore placere Amico, quàm in Amico Quæstori. Desideria & vota mea ab uno jam Responso tuo dependent. An infelicior verò hîc ero, quàm in Hispaniâ fui? Litteras Regias impetravi: quidni & illas Serenissimæ Principis sperem? Vt Humanitati tuæ ego, & Amicus debeamus, non alio fulcro uti aut niti volui. Indulge quæso hoc mihi beneficium; & me, me, inquam, obstrictum iri cogita. Familia enim hæc jam Quæstoria quodam velut postliminio ad se, & splendorem suum veniet, è nocte & caligine temporum emersura: imò veniet ad familiam splendor, qui si non extinctus, interceptus tamen fuit. Sic interdum languescit senio, deficitque Nobilitatis fama: clarior, quando renasci potest. Vale. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. Januarii, anni

anni novi ∞. IↃC. XXVI, quem felicem precor.

EPISTOLA III.

Bruxellam.

IOANNI VVOVERIO, *V. A.*

CEpit me profectò nova hæc circa libros vetustos, ut nuper lapides statuasque, elegantia tua, & vehementer excitavit. Quid? in horto & inter flores videris mihi lapides, sed Litteratos; in atrio, & inter ornamenta, statuas, sed marmoreas; in conclavi, & in thesauris, libros, sed Antiquos æstimare. Invenisti modum, quo quod pretiosissimum vetustate esset, usum novitate acciperet. Tuum nomen, tuumque ingenium novum pretii pretium est; & majoris aliquando hæc aliis erunt monumenta, quia jam tua sunt. Inscriptiunculæ singulæ veluti gemmæ sunt, & lucent:

cent: tuæ ſunt; & hoc ſatis; ut penitus laudentur. Cum LIVIO, SENECA, TERENTIO, VIRGILIO, & tot aliis, vivat WOVERIVS meus: ne mori tot monumenta poſſint, effecit. Me amet, & aliquis, etiam cùm non ero, eſſe incipiam. Vale, libros, lapides, ſtatuas æſtimare perge. Lovanii, Nonis Februarii, CIↃ. IↃC. XXVI.

EPISTOLA IV.

Lovanii.

DESIDERIO ARENBERGICO,

Comiti de Sinneghem,

Ordinis Capucinorum Candidato.

PIiſſimis cœptis tuis Deus Optimus Maximus aſpiret. Faſtidire & jam deſerere peritura potes, quia majori animo æterna complexus es, ipſum, qui omnium Auctor eſt, Deum. Sed peritura æterna quoque facies, ſi Deo impen-

des: si in ullo loco, si ab ullo cœtu ille colitur, colitur à Virginibus hisce, CHRISTO consecratis. Quàm piæ & sanctæ sunt, tam indigæ; & nisi generosissimâ liberalitate tuâ adjuventur, miseræ ac infelices. Ecce solâ ego pietate motus, intercedo; & tamquàm Dei negotium agam, trahi me sentio, ac divinitus impelli. Itaque ut subvenias, te per ipsum Deum rogo: subvenias Asceterio non tuo, tamquàm tuum facias; ut ad te preces continuæ, & vota sanctissima redeant; te ad cælum, & Deum attollant. Cogita primam felicitatem tuam esse, spernere, quod piè dare potes; alteram, dare, quod sic dando non amittes. Sic vale, & salve. Lovanii, IV. Eid. Martii, ꝏ.IↃC. XXVI.

EPI-

EPISTOLA V.

Bruxellam.

CAROLO BVRGOSIO,

Procancellario Brabantiæ.

INcredibili humanitate tuâ provocatus, familiaris esse incipio, & tenui munusculo affectum meum aperire. Oratiuncula est, ante paucos annos habita, typisque excusa: sed semper recens, quia argumenti solemnia ac mysteria quotannis renovantur. Ecce adest dies, quo Assumptionem Divæ Virginis, sive ἀποθέωσιν celebramus. Nihil sublimius. Ego sane majori animo, quàm eloquio surrexi: ad cælum sublatus sum. Non potest hæc gloria Virginis exprimi, nisi ad Virginem ascendamus. Utinam igitur aliquid hæc Oratio cæli habeat, aliquid Virginis! sed an habeat, tuum erit judicare; qui ut

pius, sic doctus es, & Justitiam Virginem (imaginem Astrææ nostræ) quemadmodum in Cælo est, in terrâ pro Cancellis Provinciæ administras. Hac nunc occasione commendare caussam captivi nostri audeo, Viri meliore fato digni: qui cùm liquidâ securitate animi, innocentiam suam testetur, facilè crimen, longâ carceris ignominiâ gravatum, diluet. Mora jam carcere durior est. Subveni misero, sed quantum Justitia permittit: miser, an innocens sit, Justitia indicabit. Vale, & me amare perge, cultu & obsequio tuum. Lovanii, in Arce, Postrid. Eid. Aug. ∞.IↃC.XXVI.

EPI-

EPISTOLA VI.

Mediolanum.

FRANCISCO MELZIO,

Comiti Mazentæ.

NOn profectò malè humanitas tua collocatur. Amas eum, & scribis ad eum; qui intimo affectu generosissimæ modestiæ tuæ Genium veneratur, qui litteris quoque explicare hunc affectum ausus est. Si in manus tamen eæ non venerint; non profectò perierunt. Leges publicè, quæ privatim subtractæ sunt. Edentur cum reliquis; ut si tuum colere nomen virtutemque videar, videant omnes, me nec ab hominum, nec à temporum injuriâ pendêre. Itaque peccent tabellarii; Fama, quæ scribo, perferet; Fama mihi Mercurius erit. Gloriabor simul, Te unum esse, qui cùm negligere PVTEANVM potueris,

ris, amare tamen voluisti. Atque hæc conditio Solis est: intercedant nubes aut nebulæ, lumen tamen ille suum transmittit. Tamquàm siluissem, invenisti obstaculum: scribis verò, quasi nullo silentio impeditus. Quid dicam? infelix ego fui, ut benignus tu esses. Felix ero, si hæc nunc Epistola reddetur. Reddetur verò, quia à SACCO veniet. Si & illum tabellarius fallet, novâ humanitate tuâ opus erit. Vale, & Amplissimum Senatorem, plenum annis virtutibusque Parentem tuum salvere jube. Lovanii, in Arce, x. Kal. Mart. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA VII.

Lovanii.

NICOLAO TASTICHINO.

MAnum meam vides? frustrà, si animum desideras. Amplius puta, amare, quàm scribere; minus,

nus, æstimare, quàm amare. Atqui ego amavi te, priusquàm scriberem. Si & æstimari vis, tribuam studiis tuis, quantum potero; & tu exiges, quantum mereris. Quæ summa est, Amicus sum; sed ut tam impunè interdum sileam, quàm libenter scribam. Amabo Ingenium tuum, licet scripturus continuò sim: æstimabo, licet ipse interdum sileas. Vale. In Arce, XII. Kal. Mart. ∞. IϽC. XXVI.

EPISTOLA VIII.

Bruxellam.

FAVSTO PVTEANO,

Filio suo.

RECeptum te in locum & munus tam honestum gaudeo. Cogita igitur, apud quàm bonos, quàm magnos, quàm illustres sis: cogita, & de tuâ hîc fortunâ, & de meâ simul famâ agi. Pietas ante

oculos sit, &, ut cætera complectar omnia, Honestas: illam Deo, hanc hominibus debes; imò tibi. Fastum FAVSTVS ignoret, voluptatem, ignaviam, & quicquid bonos mores lædit, & bonum rumorem. Volo quoque vultum meum imagine expressum habeas, quam quotidie intuearis: senties me loqui, etiam cùm taceo: te moneri, licet ab oculis meis remotus sis. In omnibus quæ dicturus, aut facturus es, huc flecte, & his formulis excitare: PATER AVDIT, PATER VIDET: si nec hoc satis, PVTEANVS. Sed ampliùs pater possit: tuque amare me velis, quàm vereri; ut verè te filium ostendas. Studia non omittes, ingenium exercebis & stilum, cùm alias disces linguas, Latinam vel maximè usurpabis. Sed hæc jam satis. Laudem speres, si te ipsum cohortaberis. Vale, & salve. Illos tam bonos, tam magnos, tam illu-

illustres saluta. Lovanii, in Arce, III. Non. Mart. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA IX.

Asperumcollem.

OLIVERIO FLORENTIO VVATERLOOPIO, *V. C.*

NOn ad te scribere hoc tempore, sed venire animus erat. Litteris equidem totum explere affectum non poteram. Et quò libentiùs, quàm ad Collem Miraculis illustrem; & cui aliquid mei quoque ingenii consecratum est? ad Collem, tuâ & pietate & doctrinâ ornatiorem; & in quo tuum mihi nomen velut Miraculum est. Adspiro, mi OLIVERI, sed differre desiderium cogor. Suus non est, qui in publico aliquo munere, præsertim Academico: ferias autem sæpè domestica sibi negotia, aliæque curæ vindicant. Quidquid sit, mensis Aprilis qui instat, annumque aperit

rit, viam mihi quoque aperiet. Cùm videbis PVTEANVM tuum, fateberis pariter, non malè hactenus affectum à te collocatum: cùm admittes à me vicissim benevolentiæ pignus, tuum verè & sine fuco à me amari. O pulchrum verò NICETAM illum! Si nomen quoque ad omen referendum est, omnem tibi in re omni cedam victoriam: ut minùs amem, numquam impetrabis. Vale. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. April. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA X.

Mediolanum.

RAPHAELI MONTORFANO,
Suo.

VIrili exemplo, mi MONTORFANE, ostendis, etiam ad nuptias triadis mysterium pertinere. Bene LAVRÆ HIPPOLYTA successit, virgini vidua: bene HIPPO-

LYTÆ GENOVEVA, seniori juvencula. An liberius? Veneris hæc tibi bellaria sunt, sed tamquàm cœnam, imò promulsidem denuò carpas. Nunc igitur, quia novus & vernus hic rursus amor est, novam in novâ conjuge vitam cape, novam, quæ nondum exaruerat, juventam. Esse incipe, qualis aliquando eras, integer ævi & vigoris. Nemo, qui amare potest, senex est: habes verò, quam non amare non possis, animi dotibus, corporisque Gratiis omnibus ornatam. An diutiùs lugeres? Videbas juvenculam, videbas pulchram; quidni tuam faceres? Sciebas bonam, & bonis prognatam; quidni iterum felix esses? Sed adeò familiaris tibi in gemino jam thalamo venustas fuerat, in gemino conjugio verecundia, modestia, probitas; ut si oculis deinceps satisfaceres, unâ GENOVEVA opus esset; si animo, unâ GENOVEVA: feli-

rit, viam mihi quoque aperiet. Cùm videbis PVTEANVM tuum, fateberis pariter, non malè hactenus affectum à te collocatum: cùm admittes à me vicissim benevolentiæ pignus, tuum verè & sine fuco à me amari. O pulchrum verò NICETAM illum! Si nomen quoque ad omen referendum est, omnem tibi in re omni cedam victoriam: ut minùs amem, numquam impetrabis. Vale. Lovanii, in Arce, Prid. Kal. April. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA X.

Mediolanum.

RAPHAELI MONTORFANO,

Suo.

VIrili exemplo, mi MONTORFANE, ostendis, etiam ad nuptias triadis mysterium pertinere. Bene LAVRÆ HIPPOLYTA successit, virgini vidua: bene HIPPO-

LYTÆ GENOVEVA, seniori juvencula. An liberius? Veneris hæc tibi bellaria sunt,sed tamquàm cœnam, imò promulsidem denuò carpas. Nunc igitur, quia novus & vernus hic rursus amor est, novam in novâ conjuge vitam cape, novam, quæ nondum exaruerat, juventam. Esse incipe, qualis aliquando eras, integer ævi & vigoris. Nemo,qui amare potest, senex est: habes verò, quam non amare non possis, animi dotibus, corporisque Gratiis omnibus ornatam. An diutiùs lugeres? Videbas juvenculam, videbas pulchram; quidni tuam faceres? Sciebas bonam, & bonis prognatam; quidni iterum felix esses? Sed adeò familiaris tibi in gemino jam thalamo venustas fuerat, in gemino conjugio verecundia,modestia, probitas; ut si oculis deinceps satisfaceres, unâ GENOVEVA opus esset; si animo, unâ GENOVEVA: feli-

lix autem non eras, nisi satisfaceres. Opus, inquam, erat juvenculâ, & pulchrâ; sed quæ bona esset, & cesto Veneris non indigeret. Atqui sic jam agnosco, & gaudeo, hanc bonam MAGDALENÆ conjugi meę similem, ut scribis, videri. Illa enim mihi semper juvencula, semper pulchra; quia & ætatis florem, & formæ decus, toties jam puerpęra servat. Imò illa mihi bona est, & qualem ex Apiculâ nasci Simonides voluit. Opportunè hîc igitur illud Theognidis usurpem:

Οὐδὲν Κύρν' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός.
Μάρτυς ἐγὼ, σὺ δέ μοι γίγνου ἀληθοσύνης.

Vin' & Latinè dicam?

Nil uxore bonâ, Cyrne, est jucundius: hujus
Cùm tibi sim testis, tu mihi testis eris.

Tuum tu, mi MONTORFANE, meſ habes,

habes, ego meum : ſuaves ſumus. Tuam complecteris, ego meam: felices ſumus. Perge habere, perge complecti. Sed dum pergis, mei memor ſis, & aurea repete Eccleſiaſtici verba, digna vel thalamo inſcribi : Γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνὴρ., καὶ ἀριθμὸς τῶν ἡμέρων αὐτοῦ διπλάσιος. Audi & Latinè: *Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim dierum illius duplex*. Repete, inquam, & novo amore, novâ etiam & ſplendidâ affinitate fruere. Nam CATHARINAM GENOVEVÆ ſororem ſic nuptam ſimul eſſe, felicitatem tuam auget: & nónne humaniſſimæ nobilitatis Viro IOANNI RVIZIO RICLÆ, illi arcanorum apud Ducem Ferienſem adminiſtro? Hoc ſatis, ut & ipſa felix ſit. Vale. Lovanii, in Arce, III. Non. April. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XI.

Mechliniæ.

IOANNI STEPHANO, F.

Charissimo,

Societatem IESV ingredienti.

BENE tibi sit, mi Fili, qui IESV nomen, vitæ ac salutis tesseram sumis. Quia SOCIETATEM hanc sanctissimam ingrederis, feliciter te natum cogita: id enim est, animosius securiusque vitæ ac salutis viam ingredi, ad cælum & Deum ire. Hæc meta est, & malè vivit, qui ab hac aberrat. Tu semper Deum cogita, & aberrare non poteris: cogita te, quamdiu in terrâ eris, in viâ semper fore: lætum ac securum, ubi laboris curriculum emensus, corporis sarcinam deposueris. Non licet, nisi post molestias quiescere: nec quietem meruit, nisi qui molestias pertulerit:

quas

quas etiam ferendo suaves facies. Sume animum, sume pietatem: hæc una animum addet. Ad summam, si vis Dei esse, tuus ne sis: si vis tuus esse, totum te Disciplinę trade, quę ad Deum erigit. Hoc te moneo, & complector, magis meum, quia meus quodammodò esse desinis. Vale, & pius sis: hoc enim erit valere semper. In Collegio Societatis IESV, XVI. Kal. Maii, ∞. IↃC.XXVI.

EPISTOLA XII.

Mediolanum.

PAVLO RAVDENSI,

Senatori Regio.

MEdiolano in Patriam redux, hoc egi semper, ut quod muneris mei erat, bene de Insubribus Belga mererer. Aliquo si loco labores mei sunt, meritus videor, atque adeò inter Belgas Insuber fuisse. Quid à me nostri exigant, frustrà

dico

dico : ego tamen Historiâ potiùs Italicâ stilum, quàm vernaculâ occupavi. Res Larianæ Rhæticæque satis innotuerunt. Irruptiones Barbarorum non scribere tāntùm, sed plenis illustrare Commentariis volui ; atque hoc lumen utrumque, tamquàm Belgis peregrinum, aliquorum hîc oculos pupugit. Quare & cum typographis luctandum fuit, qui suo lucro ingenium Scriptoris metiuntur ; tardi præbere prælum, nisi in rerum Belgicarum narrationem impendant. Varios tentavi modos, ut hæc difficultas vinceretur:& intellexi tandem, faciliùs scribi libros, quàm in lucem edi. Alterum enim ingenii, alterum pecuniæ opus est, quæ cum ingenio rarò sociatur. Quid igitur? Ne labores perirent, addere sumptus volui : & quia aliâ ratione pacisci non licuit, nisi ut centum exemplaria redimerem, fidem meam obstrin-

obſtrinxi. Ad te nunc venio, Ampliſſime Vir, & rogo, ut hoc facinus meum benignè reſpicias, ac favore tuo bees. Si bona erit Hiſtoria, faciat Civitas, ne mei me conſilii pœniteat: tu unus mihi eris, qui judicabit, an bona ſit. Vale. Lovanii, in Arçe, XI. Kal. Jun. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XIII.

Bruxellam.

NICOLAO DAMPSÆO,

Ex Oratorio Principis.

Diutiùs, mi DAMPSÆE, debere nolui, quod promiſeram: promiſi autem, quod debebam. Nónne omnia ingenii mei tua quoque ſunt? inprimis verò quæ pia, mente magis, quàm manu ſcripta. Ecce MIRACVLA. Si legeris, amari me intelligam: ſcis enim in amore omnia contineri: ſi fortè lauda-

veris, videbor amore tuo dignus esse; quod amplius est quàm amari. Vale. Lovanii, in Arce, quæ hoc tempore amœnissima est, teque ad delicias suas invitat.

EPISTOLA XIV.

Mediolanum.

HIERONYMO BOSSIO,

Eloquentiæ Professori.

O Affectum tuum! ô calamum! mi Bossi. Scribísne ut ames? an amas ut scribas? Meus tuo cedit affectui calamus: & meus tuo stimulatur calamo affectus; ut velim scribere, cùm refugio; ut refugiam, cùm volo. Sed confundendæ mihi voces sunt: nescio enim quid velim, quid refugiam. Facit affectus tuus, ut numquàm refugiam; meus, ut semper velim. Calamum autem affectus trahit. Vale. Lovanii, in Arce, III. Non. April. ∞.IↃC.XXVI.

EPISTOLA XV.

Bruxellam.

MICHAELI ROVTARTIO

Marchioni SPINOLÆ

à Secretis Linguarum.

ITa eſt: arduum ac prorsùs difficile fuit, συνθηματικὰ γράμματα illa enodare. Ego tamen libenter impendi operam; & ſic feliciter: Genius ingenium acuit. Libenter autem, quia à Doctiſſimo illo HERMANNO HVGONE meo, Societatis IESV delicio, interpellatus: cujus ore nónne στρατηλάτης ipſe loquebatur? Sed hoc ſatis, ut lubentiam felicitas ſequeretur. Accedit benevolentiæ quoque tuæ teſſera: Epiſtola, inquam, amanter & officiosè ſcripta, quæ cùm ingenioſum me dicit, felicem fuiſſe indicat. Et quanti putas, totam iſtam peregrinæ conjurationis deſignationem

detectam esse? Refers tu quidem gratiam, cùm promittis: laborem ego, ut promitterem, impendi. Impendam quoque, ita affectu tuo, & Marchionis dignus sim: quo certè consequar, ut nihil mihi deinceps arduum aut difficile futurum sit. Vale. Lovanii, in Arce, Eidibus Juliis, ∞.IↃC.XXVI.

EPISTOLA XVI.

Viennam.

IOANNI LUDOVICO AB ULM,

Libero Baroni in Erbach,

S.R. Imperii Procancellario.

PRæcipui Parentum thesauri Filii sunt: sed si boni, & bene instituti, totam virtuti indolem consecrant. Qui tui sunt, non poterunt alii esse, aut à se, & naturâ ipsâ longiùs recedēt. Lovanium, & in contubernium meum venerunt, à Patribus Societatis IESU vehementer com-

commendati : ne frustrà autem, quantum in me erit, efficiam. Existimabo meos esse, quamdiu apud me erunt; filios esse, quibus curam tamquàm pater debeam, tuam in me assumpturus. Facili negotio bene institui poterunt, quia tui sunt; & ut affectum tanti Parentis mereantur, volent. Tui sunt, nomine & naturâ filii; sed ingenio & eruditione thesauri erunt. Hæc breviter & subitò jam scribo, uberiores mox daturus litteras, ubi explorato utriusque profectu, rationem temporis & studiorum præfixero: quæ à tuo nihilominùs judicio pendebit. Ut occasio est, ut director sive gubernator, quem habent, bonum certè & sedulum, pium & doctum; ut etiam cura mea erit, bona de bonis omnia speranda sunt. Vale. Lovanii, in Arce, IV. Non. Jul. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XVII.

Mechliniam.

IOANNI STEPHANO PVTEANO,
Filio suo,
Societatis IESV.

DEstinabam scribere, & tuas ecce accipio, læto (hæ pietatis Gratiæ sunt) animo calamoque exaratas. Sanctissimum Solitudinis tirocinium tam feliciter exactum esse gaudeo. Sed solus non eras, qui cum Deo eras; qui jam discebas familiare tibi Cælum, & Cælestia facere. Nunc quia inter bonos agis, magis etiam Deo junctus es. Cælestes inter Genios nonne Deus versatur? sed si fratres tui sociique, Cælestes velut Genii sunt, & Principem atque Patrem Deum, Dominam atque Matrem Virginem habent. Tu te dignum istis Fratribus Sociisque magis & magis redde, & propitius tibi semper Deus, sem-

semper Virgo erit: si ipse lætus, si purus, & pius, & instituti tenax. Ut vivis vive; hoc erit felicem esse: & me Deo sacris in precibus commenda, ut felicem facias. Vale. Lovanii, in Arce, Eidibus Juniis. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XVIII.

Vilnam.

LEONI SAPIEHÆ,

Palatino Vilnensi,

Supremo Exercituum in Lithuania Duci.

INter maximas Virtutes Tuas cùm vel præcipuè Humanitas reluceat, ad eam venio; ut & à silentio meo rusticitas, & à scribendi audaciâ vitium removeatur. Debebam verò litteras; sed eas, oblatâ nunc à Deo occasione, persolvo: debebam cultum; sed hunc etiam silentio videbar deferre. Interim omni studio adnisus sum, ut in fi-

lios tuos, divinâ quadam indole præditos, ea conferrem studiorum auxilia, quibus & crescit Virtus, & pacis bellique tempore Respublica allevanda est. Jam profectò surgunt ipsi honestissimo ardore pleni, ostenduntque, etiam Belgarum bono, non frustrà Lovanium se missos esse; cùm & Belgas, & Juventutem universam pulcherrimo vitæ exemplo, ad verum omne decus exstimulent. Ut ingeniosissimi, ita diligentissimi sunt, & cum ingenti fructu in litterarum & eloquentiæ studiis versantur. Quid plura? formatos à me esse, aliquando gloriabor. Nunc etiam quia Reipublicæ vestræ, & ipsi Regi arduam admodum (quam hic Tuus, ideo missus, exponet) curam impendi, favorem mihi tuum, Regisque audebo polliceri. Verbis parco, cùm ipsa res loquatur. Quid enim potuit majus esse? Sanè in filiis

liis SAPIEHA Rempublicam mihi commendasse visus est: ego in SAPIEHA utilem me Reipublicæ præstiti. Vale, Illustrissime Heros, vive, & vince. Lovanii, in Arce, prid. Eid. Jul. ∞ IↃC. XXVI.

EPISTOLA XIX.

Bruxellam.

DIDACO SARMIENTO D'ACVNA,

Comiti DE GONDOMAR,

Legato Regio.

QVanto, bone Deus, emolumento scribo! Litteras reponis litteris, gemmas vitro. Gemmæ enim sunt, quæ nonnisi ad Reges Principesque mitti solent, sive ad eos, qui à IOVE nutriuntur. Sed ista divini Genii tui Benignitas est: ab Orbis negotiis ad privati hominis otia manum mentemque transfers: & hæc ipsa soles negotiorum subsidia, atque ornamenta ap-

pellare. Legi verò, relegi ultimas, & tanquàm cælo missas exosculatus sum. Quid enim? Lovanium te Arcemque cogitare! Magne Heros, quia Humanitati modum non ponis; permittes pariter, ut verecundiæ limites aliquo & ego modo excedam. Hoc ago, & jam rogo, ut tantilli itineris molestiâ amœnitatem nostram æstimes: hospitium, inquam, in Arce, non sumptu, sed modestiâ instructum, & quale Philosophus præbeat. Magnum erit, & omni sumptu pretiosius, quo exceptum esse Comitem GONDOMARIUM posteri scient. Sic Dii olim venisse in terras, & ad homines dicuntur: sic Alexander ille Magnus etiam ad dolium accessit Diogenis, & humile illustrans domicilium, longum & politicum cum Cynico sermonem miscuit, qui à Dione Sophistâ expressus est. Esto mihi Deus; & ultra homi-

nes

nes exſurgam: eſto Alexander; aliquid non Diogenis quidem, ſed Philoſophi exprimam. Oſtendam etiam in Arce Sapientiam coli, & paupertatem in Acropoli divitem eſſe. Vale, & veni. Lovanii, xv. Kal. Sextil. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XX.

Madritum.

OSVVVALDO BRITO,

à rebus & Secretis Belgicis.

NOmen tuum cùm nonniſi lumen ſit, nec latêre me ſinit, nec tacere. Quomodò taceam? benevolentia tua loqui cœpit. Quomodò lateam? penetrare cœpit, & ad curam etiam mei deſcendere. Tam igitur felix non fui, ut peterem beneficium: præſtas, ut priuſquàm peterem, eſſem obligatus. De ſtipendiis, id eſt ſubſidiis vitæ & ſtudiorum agitur: quæ cùm perſolventur,

tur, à tuo quoque favore videbor accepisse. Facilior isthic Consilii Belgici Præses erit, si intelliget, me jam & innotuisse tibi, & amari. Intelliget autem suo pariter affectu dignum esse, in quem tuum videbit derivari. Hoc ecce auspicio aliquem jam familiaritatis gradum usurpo, & scribo. Veneror nomen, quod Belgis omnibus lumen est; & sub eo, quo Lucemburgensis, nobilissima apud Belgas, Provincia illustratur. Mea hæc quidem Patria non est, sed tamquam Patria colitur: Te cùm Patrem habeat, colendum mihi singulari modo proponit. Vale, & quia ultrò amare me voluisti, permitte, ut te semper amem & tuus sim. Lovanii, in Arce, VIII. Kal. Sextil. ∞.IↃC.XXVI.

EPISTOLA XXI.

Bruxellam.

IOANNI FORNEAVIO,

Conſiliario Regio.

MItto munuſculum, & beneficium peto. Munuſculum, ſed litterarium, atque adeò Politicum, quod educationem Principis continet, ab incude novum. Beneficium verò, non me, ſed virum bonum & civem Thenenſem ſpectat, MATTHIAM WINTERIVM, quem quia Civili dignum honore ſcio, commendare Humanitati tuæ audeo. Dignum, quia integritate vitæ ſpectabilem, & rerum uſu inſtructum. Sæpiùs geſſit magiſtratum, quidni prudens ſit? Probus & induſtrius ſemper fuit, quidni gerat? Hoc Urbis & boni publici cauſsâ dico: & ſic ad me quoque ſpectare beneficium fateor. Obligabor igitur,

tur, à tuo quoque favore videbor accepisse. Facilior isthìc Consilii Belgici Præses erit, si intelliget, me jam & innotuisse tibi, & amari. Intelliget autem suo pariter affectu dignum esse, in quem tuum videbit derivari. Hoc ecce auspicio aliquem jam familiaritatis gradum usurpo, & scribo. Veneror nomen, quod Belgis omnibus lumen est; & sub eo, quo Lucemburgensis, nobilissima apud Belgas, Provincia illustratur. Mea hæc quidem Patria non est, sed tamquam Patria colitur: Te cùm Patrem habeat, colendum mihi singulari modo proponit. Vale, & quia ultrò amare me voluisti, permitte, ut te semper amem & tuus sim. Lovanii, in Arce, VIII. Kal. Sextil. CIƆ.IƆC.XXVI.

EPI-

EPISTOLA XXI.

Bruxellam.

IOANNI FORNEAVIO,

Conſiliario Regio.

MItto munuſculum, & beneficium peto. Munuſculum, ſed litterarium, atque adeò Politicum, quod educationem Principis continet, ab incude novum. Beneficium verò, non me, ſed virum bonum & civem Thenenſem ſpectat, MATTHIAM WINTERIVM, quem quia Civili dignum honore ſcio, commendare Humanitati tuæ audeo. Dignum, quia integritate vitæ ſpectabilem, & rerum uſu inſtructum. Sæpius geſſit magiſtratum, quidni prudens ſit? Probus & induſtrius ſemper fuit, quidni gerat? Hoc Urbis & boni publici cauſsâ dico: & ſic ad me quoque ſpectare beneficium fateor. Obligabor igitur,

tur, ſi intellexero viro probo, induſtrio, perito, commendationem meam profuiſſe: imò obligabor, ſi libenter munuſculum iſtud admiſeris, ſi tanquàm cultûs mei ſignum. Rogo etiam, ut in reditu me tibi pro humanitate tuâ obſtringas; Arcem hanc, & bibliothecam meam videas; illam Regis, & utcumque inſtauratam; hanc meam, & utcumque inſtructam. Utramque tanti Comes GONDOMARIUS fecit, ut Lovanium veniret, etiam hoſpes noſter eſſet. Hoc quoque ſi à Benignitate tuâ impetro, novum beneficium putabo. Vale. Lovanii, in Arce, VIII. Eid. Sextil. ∞. IↃC. XXVI.

EPI-

EPISTOLA XXII.

AMBROSIO SPINOLÆ,

Exercitûs Regii

Summo Præfecto.

FEci, perfeci, Deo propitio, quod à te mihi injunctum fuit, & magnæ ad Magnum Epistolæ, aut potiùs Commentario, occultis Litterarum notis numerisque conscripto, fallaciæ larvam detraxi. Horrere poteram: immane enim, quod latebat conjurationis monstrum, apparuit. Feci, inquam, perfeci; lætior, an felicior, nescio: sollicitus tamen, quia dubitare poteram, an autographa, & quæ manu meâ scripta & explicata sunt, in manus tuas redierint. Itaque filium meum, arcani hujus conscium, mitto dicturum, quicquid prætereà scitu dignum est. Sed quod feci, non sine labore feci: & quia om-

nem in partem torsi ingenium, felix fui, perfeci. Tota verò machinatio in unum præcipuè dirigetur, quo depresso, prompta aliorum reddantur suffragia, & simul arma, natusque inter flores adolescens ad Sceptrum aliunde exsurgat. Non leviter verò consilia tam turbulenta tractari cœpta sunt: quæ Deus à me quidem detegi; sed hoc parum; à te impediri voluit; ut cujus in Belgio Victoriis invicta Regis Catholici potentia redditur; ejus quoque Virtutibus Austriaca in regnis externis Majestas staret. Ego his Virtutibus Victoriisque cultum & venerationem voveo, devoveo; & longam tibi vitam ac sanitatem precor: his enim salus Belgarum continetur. Ergo Vale & vive, Magne belli Dux, & Litteras simul protege. Lovanii, in Arce, VI Eid. Julii, ∞. IↃC. XXVI.

EPI-

EPISTOLA XXIII.

Viennam.

FRANCISCO MONCADÆ,

Marchioni DE AYTONA,

Legato Regio.

BEnignè mecum agis ; benignè cum his ſtudiis, quæ mea ſunt, & pretium apud paucos hactenus inveniunt : imò quæ tua ſunt, & tamquàm ornamenta Prudentiæ ac Virtutis tibi uſurpantur. Dixi ſic quidem aliquando, me amore tuo felicem : nunc ſentio, quia litteris compellas iterum, quem amiciſſimè coràm complexus eras. Sanè commendari mihi Nobiliſſimum illum Adoleſcentem, pro beneficio habeo : abs te commendari, pro honore. Operam igitur daturus ſum, ne fruſtrà ejuſmodi beneficium, ejuſmodi in me honor collatus videatur. Studia, quæ tracto, non pu-

tabo mea esse, nisi & illius sint, quem à te missum, meum pariter cupio omni disciplinæ officio reddere. Sic intelliget, quæ tua sunt, Prudentiæ ac Virtutis ornamenta meritò censeri. Vale, & quas adjungo Olympiades, vide. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Sextil. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXIV.

Bruxellam.

NICOLAO DAMPSÆO,

Ex Oratorio Principis.

PErmittet humanitas tua, ut ostendam à Candidissimo Optimoque DAMPSÆO Puteanum amari. Quomodo? inquies. Ut & hos ames, contubernio meos, natione Germanos & Nobiles, Procancellarii Imperii filios, elegantiarum, sed & Musicæ æstimatores. Breviter: audire CAMPISIVM tuum, Aulæ nostræ Musam cupiunt, au-

dire

dire DANIELEM, Aulæ nostræ Orpheum: utrimque hic mihi ex occasione laudatum. Itaque tuâ uti operâ audeo; ut intelligant, non vanum encomium meum fuisse; imò summam artem humanitate & probitate properari. Libentiùs illi deprædicabunt artem, quæ suavissimos moras conjunctos habet: & extollent humanitatem, quæ familiarem tam eximiam artem fecit. Cogita me adesse quoque, & has aurium delicias æstimaturum: imò adesse, ut affectu tuo fruar. Ne frustra verò humanus sis, ostendam pariter à Puteano DAMPSÆVM amari. Vale, XV. Kal. Sextil. ∞.IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXV.

Insulas.

PHILIPPO MASIO,

Praesidi Insulensis Aerarii.

LVbens, & illubens formulam Epitaphii misi: an & scripsi? lubens quidem, ut morem gererem; illubens, ut amorem testarer, qui à funestâ omni cogitatione alienus erat. Videbar enim, quem vivere quàm diutissimè vellem, verbis sepelire. Hæc ipsa mentis pugna moram induxit, ac rursus dissipavit. Pulchrum sanè ac pium, sepulchrum, dum vivimus, meditari: quæ una Sapientiæ tessera est. Sed tuæ etiam merentur virtutes, ut scribi te vivente & consecrari incipiant, quæ numquàm morientur, ut ipse videas te victurum semper, qui de morte cogitas. Crescent anni, licet ingravescat; cùm Cælum

tan-

tandem mentem recipiet, imparatum corpori domicilium non erit, aut ab heredibus pendebit. Hinc jam intelligent Belgæ, quem virum amissuri sint; æstimabunt, quem intelligent. Vive, vale, & me ama. Lovanii, in Arce, III. Kal. Novemb. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXVI.

Bruxellam.

HENRICO CRONENDALIO,

Equiti,

Sanctioris Ærarii Graphiario.

BEnevolentiæ tuæ fontes perennes sunt, & tam copioso hactenus in me latice fluunt, ut abundem. Sic me juvat Puteanum esse; sic Litterarum placent studia, quia irrigantur. Ultimum hoc quidem beneficium decumanum est, & memoriam omnium renovat: ultimum, & sic accedit, ut augere prio-

ra videatur. Utinam tam facilè gratus sim, quàm libenter agnosco me obligatum esse ! Ecce ut fatear, me debere , non tam munusculum, quàm pignus mitto : imaginem, inquam , non triviali manu pictam, quæ inter elegantias Patris mei domesticas aliquando fuit. Hæc erit humanitas tua , admittere cultûs mei signum , & aliquem ei domûs tuæ ornatissimæ angulum indulgere. Hæc deinceps cura mea, ut quod fortunis non possum, ingenio suppleam ; sic magis magisque benevolentiæ tuæ fontes perennes habiturus. Vale, Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Octobr. ∞. IↃC. XXVI.

EPI-

EPISTOFA XXVII.

DIDACO SARMIENTO D'ACUNA, *Comiti* DE GONDOMAR,

Legato Regio.

GRatiam dicere, satis non est, scribo : semper videbor dicere, quod calamo consignatum est: semper debere, quod numquam satis dicam .Venire ad Arcem voluisti, ut familiam meam videres; videre familiam, quia dignam non affectu tantùm, , sed beneficentiá judicabas. Quid enim? Venire, videre, satis tibi non erat:at ego,quia munus additum est, fateor me attonitum adhuc hærere : quia publicè quoque honor à te mihi habitus, in famam invidiâ utar, & audebo Benignitatis tuæ patrocinio nomen Litterarum extollere.Studium omne meum est, bene de publico mereri : conatus, agere quod pauci a-

gunt, & in lucem proferre, quod pauci adhuc sciunt. Hac fiduciâ etiam ignem petii; favorem, inquam, quo incalescam. In Arce frigeo, cùm meo focum sumptu instruam. Sed quia deinceps non hiemes tantùm, sed æstates timendæ sunt, quæ in hiemem pergunt declinare, ligna è silvis Regiis peto, quæ frigus omne dissolvant. Ætatem quoque meam considera: senio, id est frigori proxima est, & algere incipit. Sed Arx ipsa, ligna sibi sua postulat, ne vitæ per me restituta, tamen mortua videatur. Anima enim domûs ignis est, imò aurum est, αἰθόμενον πῦρ. Ignis inquam, Solis soboles, lumen & calorem spargens. Non debet hoc lumen, hic calor nisi à Benignitate Regis mei esse: quemadmodum olim ignis Vestalis Romæ, si fortè extinctus, solitus non erat, nisi à sole excitari. Sed hæc satis jucundè, præsentiâ tui ignis re-

center recreatus. Satis, ut gratiam breuiter ſcriberem, quam dicere ſatis non erat. Vale, & ut mortui Lipsii memor es, ita viventis Puteani esto. Lovanii, in Arce, nunc etiam tuâ, Nonis Auguſti, ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXVIII.

Lovanii.

FAVSTO PVTEANO,

Filio Suo.

QUia ad militiam te vocavit Deus, tu in militiâ Deum cogita: cogita Parentem tuum, qui te ad Deum, & ſic ad bona omnia, & felicia ducit. Hæc ipſa arma, quæ ſumis, pro Deo & Rege ſunt, & ſic pulchra. Talem te pręſta ſemper; ut ſciant omnes te Puteani filium eſſe: aliquid etiam poſt Litteras arma poſſe. Profliga vitia, hæc prima victoria eſt. Virtutes cole, ſic nullam

tur, si intellexero viro probo, industrio, perito, commendationem meam profuisse: imò obligabor, si libenter munusculum istud admiseris, si tanquàm cultûs mei signum. Rogo etiam, ut in reditu me tibi pro humanitate tuâ obstringas; Arcem hanc, & bibliothecam meam videas; illam Regis, & utcumque instauratam; hanc meam, & utcumque instructam. Utramque tanti Comes GONDOMARIVS fecit, ut Lovanium veniret, etiam hospes noster esset. Hoc quoque si à Benignitate tuâ impetro, novum beneficium putabo. Vale. Lovanii, in Arce, VIII. Eid. Sextil. ∞. IↃC. XXVI.

EPI-

EPISTOLA XXII.

AMBROSIO SPINOLÆ,

Exercitûs Regii

Summo Præfecto.

FEci, perfeci, Deo propitio, quod à te mihi injunctum fuit, & magnæ ad Magnum Epistolæ, aut potiùs Commentario, occultis Litterarum notis numerisque conscripto, fallaciæ larvam detraxi. Horrere poteram: immane enim, quod latebat conjurationis monstrum, apparuit. Feci, inquam, perfeci; lætior, an felicior, nescio: sollicitus tamen, quia dubitare poteram, an autographa, & quæ manu meâ scripta & explicata sunt, in manus tuas redierint. Itaque filium meum, arcani hujus conscium, mitto dicturum, quicquid præterea scitu dignum est. Sed quod feci, non sine labore feci: & quia om-

nem

nem in partem torsi ingenium, fe
lix fui, perfeci. Tota verò mach
natio in unum præcipuè dirigetu
quo depresso, prompta aliorum
reddantur suffragia, & simul arma
natusque inter flores adolescens a
Sceptrum aliunde exsurgat. No
leviter verò consilia tam turbulent
tractari cœpta sunt: quæ Deus
me quidem detegi: sed hoc parum
à te impediri voluit; ut cujus i
Belgio Victoriis invicta Regis Ca
tholici potentia redditur; eju
quoque Virtutibus Austriaca i
regnis externis Majestas staret. Eg
his Virtutibus Victoriisque cultum
& venerationem voveo, devoveo
& longam tibi vitam ac sanitatem
precor: his enim salus Belgarum
continetur. Ergo Vale & vive, Ma
gne belli Dux, & Litteras simu
protege. Lovanii, in Arce, VI Eid
Julii, ∞. IↃC. XXVI.

EPI

EPISTOLA XXIII.

Viennam.

FRANCISCO MONCADÆ, *Marchioni* DE AYTONA, *Legato Regio.*

BEnignè mecum agis; benignè cum his ſtudiis, quæ mea ſunt, & pretium apud paucos hactenus inveniunt: imò quæ tua ſunt, & tamquàm ornamenta Prudentiæ ac Virtutis tibi uſurpantur. Dixi ſic quidem aliquando, me amore tuo felicem: nunc ſentio, quia litteris compellas iterum, quem amiciſſimè coràm complexus eras. Sanè commendari mihi Nobiliſſimum illum Adoleſcentem, pro beneficio habeo: abs te commendari, pro honore. Operam igitur daturus ſum, ne fruſtrà ejuſmodi beneficium, ejuſmodi in me honor collatus videatur. Studia, quæ tracto, non pu-

tabo mea esse, nisi & illius sint, quem à te missum, meum pariter cupio omni disciplinæ officio reddere. Sic intelliget, quæ tua sunt, Prudentiæ ac Virtutis ornamenta meritò censeri. Vale, & quas adjungo Olympiades, vide. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Sextil. CIↃ. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXIV.

Bruxellam.

NICOLAO DAMPSÆO,

Ex Oratorio Principis.

PErmittet humanitas tua, ut ostendam à Candidissimo Optimoque DAMPSÆO Puteanum amari. Quomodo? inquies. Ut & hos ames, contubernio meos, natione Germanos & Nobiles, Procancellarii Imperii filios, elegantiarum, sed & Musicæ æstimatores. Breviter: audire CAMPISIUM tuum, Aulæ nostræ Musam cupiunt, au-

dire DANIELEM, Aulæ nostræ Orpheum: utrimque hic mihi ex occasione laudatum. Itaque tuâ uti operâ audeo; ut intelligant, non vanum encomium meum fuisse; imò summam artem humanitate & probitate properari. Libentiùs illi deprædicabunt artem, quæ suavissimos moras conjunctos habet: & extollent humanitatem, quæ familiarem tam eximiam artem fecit. Cogita me adesse quoque, & has aurium delicias æstimaturum: imò adesse, ut affectu tuo fruar. Ne frustra verò humanus sis, ostendam pariter à Puteano DAMPSÆVM amari. Vale, xv. Kal. Sextil. ∞.IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXV.

Insulas.

PHILIPPO MASIO,

Praesidi Insulensis Aerarii.

LVbens, & illubens formulam Epitaphii misi: an & scripsi? lubens quidem, ut morem gererem; illubens, ut amorem testarer, qui à funestâ omni cogitatione alienus erat. Videbar enim, quem vivere quàm diutissimè vellem, verbis sepelire. Hæc ipsa mentis pugna moram induxit, ac rursus dissipavit. Pulchrum sanè ac pium, sepulchrum, dum vivimus, meditari: quæ una Sapientiæ tessera est. Sed tuæ etiam merentur virtutes, ut scribi te vivente & consecrari incipiant, quæ numquàm morientur, ut ipse videas te victurum semper, qui de morte cogitas. Crescent anni, licet ingravescat; cùm Cælum

tan-

tandem mentem recipiet, imparatum corpori domicilium non erit, aut ab heredibus pendebit. Hinc jam intelligent Belgæ, quem virum amissuri sint; æstimabunt, quem intelligent. Vive, vale, & me ama. Lovanii, in Arce, III. Kal. Novemb. ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXVI.

Bruxellam.

HENRICO CRONENDALIO,

Equiti,

Sanctioris Ærarii Graphiario.

BEnevolentiæ tuæ fontes perennes sunt, & tam copioso hactenus in me latice fluunt, ut abundem. Sic me juvat Puteanum esse; sic Litterarum placent studia, quia irrigantur. Ultimum hoc quidem beneficium decumanum est, & memoriam omnium renovat: ultimum, & sic accedit, ut augere prio-

gunt, & in lucem proferre, quod pauci adhuc sciunt. Hac fiduciâ etiam ignem petii: favorem, inquam, quo incalescam. In Arce frigeo, cùm meo focum sumptu instruam. Sed quia deinceps non hiemes tantùm, sed æstates timendæ sunt, quæ in hiemem pergunt declinare, ligna è silvis Regiis peto, quæ frigus omne dissolvant. Ætatem quoque meam considera; senio, id est frigori proxima est, & algere incipit. Sed Arx ipsa, ligna sibi sua postulat, ne vitæ per me restituta, tamen mortua videatur. Anima enim domûs ignis est, imò aurum est, αἰθόμενον πῦρ. Ignis inquam, Solis soboles, lumen & calorem spargens. Non debet hoc lumen, hic calor nisi à Benignitate Regis mei esse: quemadmodum olim ignis Vestalis Romæ, si fortè extinctus, solitus non erat, nisi à sole excitari. Sed hæc satis jucundè, præsentiâ, qui ignis re-

center recreatus. Satis, ut gratiam breuiter scriberem, quam dicere satis non erat. Vale, & ut mortui LIPSII memor es, ita viventis PVTEANI esto. Lovanii, in Arce, nunc etiam tuâ, Nonis Augusti, ∞. IↃC. XXVI.

EPISTOLA XXVIII.

Lovanii.

FAVSTO PVTEANO,

Filio Suo.

QUia ad militiam te vocavit Deus, tu in militiâ Deum cogita: cogita Parentem tuum, qui te ad Deum, & sic ad bona omnia, & felicia ducit. Hæc ipsa arma, quæ sumis, pro Deo & Rege sunt, & sic pulchra. Talem te præsta semper; ut sciant omnes te Puteani filium esse: aliquid etiam post Litteras arma posse. Profliga vitia, hæc prima victoria est. Virtutes cole, sic nullam

fortunam, nullos labores timebis. Amaris à Parente, fac ut magis magisque hoc amore dignus sis. Ita enim Faustus semper eris. Ama Parentem, ita te Filium esse ostendes. Vale, ut ameris & ames. Vale, & feliciter abi. Idem Matris, Fratrum Sororum votum est. In Arce. III. Non. Octobr. CIϽ. IϽC.XXVI.

EPISTOLA XXIX.

Bruxellam.

ALPHONSO CUEVIO, *S.R.E.* *Cardinali.*

INnatâ jam constantiâ opus, ut quod à Deo impositum est, grandis ille animus tuus fortiter ferat. Amittere fratrem, & illum optimum carissimumque, grave est. Sed hoc tamen non est amittere: ad cælum & Deum translatus est, ut sempiterno ævo inter beatas mentes fruatur. Nascimur, ut moriamur; morimur autem, ut vivamus.

Hoc

Hoc Sapientia, & magis Religio docet: sed in tuâ jam Purpurâ repræsentabitur, si immoderato luctu non sordescat. Habuisti fratrem, sed hominem tamen; magnum, sed hominem; Principem, sed hominem: quo vocabulo, cuncta quæ dici quæant, complector. Erige jam ad fratrem piam mentem; & verè fratrem, verè magnum, verè Principem videbis. Quid igitur? imminue dolorem, & ut imminuas, partem nobis relinque. Nostrum quoque hoc vulnus est, quia tuum; noster luctus, quia tuus: & ut tuus esse desinat, totum in nos cupimus derivare. Decidant in terram nubes istæ, nebulæ istæ. Solem serenum esse, par est; sine quo nihil in terris lætum est. Plura velim sed & permitte, ut & ingenium meum dolore impediatur. Ostendisse affectum, præ omni ingenio erit. Vale, & vive.

EPI-

EPISTOLA XXX.

Mechliniam.

JOANNI BOLLANDO, *S. I.*

Gymnasii Mechliniensis Præfecto.

AMpliùs jam humanissimis eruditissimisque litteris tuis debeo, quia statim non respondi: ampliùs etiam debebam, quàm litteras. Sic te scribere! imò sic te agere, priusquàm scriberes! Eruditione ostendis, quàm humanus sis; humanitate, quanti eruditionem etiam in aliis facias. Si rectè calculum pono, bis jam in Arcem hanc venisti: semel, cùm venires; iterum, cùm scriberes. Et ego quem non vidi, tamen vidi. Non vidi, cùm adesses; vidi, cùm non adesses. Quid? Epistola illa tua, velut gemma quædam, animum mihi tuum perfectâ imagine exhibuit: quod majus equidem dixero, quàm vultum intueri.

tueri: Sapientis vox est: LOQVERE, VT TE VIDEAM: sed profectò pulcherrimè perfectissiméque loquitur, qui scribit. Vt sic sentiam verò statuámque, tuo ipsius exemplo inducor: qui, tamquam in filio meo domi me reperêris, præsentem censuisti. Scilicet, satis affectui tuo non erat, in Puteano Puteanum laudarè, nisi à filio quoque encomium sumeres; humanitatem & eruditionem in filio æstimares. Multum progressus est, qui jam humanus esse cœpit: ut eruditionem porrò augeat, utilem se Reipublicę & Ecclesiæ reddat, quantum in me erit, adnitar. Tuo sic magis amore dignus erit: faciet, ut laudem hinc etiam aliquam ipse merear. Vale. Lovanii, in Arce, Postrid. Eid. Nov. ∞.IↃC.XXVI. R.P. Rectori, totique Collegio salutem piè dico, & STEPHANVM meum commendo.

EPISTOLA XXXI.

Hamburgum.

FREDERICO LINDENBROGIO, *V.C.*

MEmor doctrinæ tuæ, quæ publica est; & humanitatis, quam privatim expertus sum, litteris ecce ad te venio, & hoc scriptum DE VITA AMMIANI MARCELLINI comitor. Tibi offerri debuit, qui cùm luculentissimum auctorem eruditionis pompâ ornatum nuper produxeris, scire voles, cujus potissimùm ingenio vivere verè cœperit. CLAUDIUS CHIFFLETIUS est, imò fuit, Iurisconsultus Doctissimus, & in Academiâ Dolanâ aliquando Antecessor. Scripta etiam alia virum nobis commendant, partim edita, partim edenda; quæ si tibi placuerint, pleno ad famam suffragio ibunt. Sed VITA hæc quid si Ammiano addatur? Fama

tua

tua & CHIFFLETII erit, tuum ingenium, illius; illius tuo illustrari. Ita quoque & doctrina tua publicè, & humanitas privatim magis splendebit. Vale. Lovanii, in Arce, XII. Kal. Ianuarii, ∞ . IↃC. XXVII.

EPISTOLA XXXII.

Bruxellam.

CAROLO A BVRGVNDIA DE BREDAM, V. N.

E Nube velut emergere videor, & fausta ac benigna sidera contueri. ô cælum! ô lumen! quidni verò verè te magnum nobilemque dicam, ac celebrem? Humanus es, & boni ad me affectûs radios demittis. Sic verò tenebras vinco; sic quæ ago, & quemadmodum ago, dignoscuntur: quod satis est, ut laudem inveniant. Non quid multi, sed quid boni de ingenio cujusque statuant, æstimandum est:

tibi

tibi verò placere, id ingenii pretium puto. Veneror ſane Belgicum pectus tuum, Virtutis & Candoris plenum: veneror ætatem, quæ licet provectior multum adhuc veris & floris habet, & prudentiæ fructus, ſuâ etiam amœnitate veſtitos, explicat. Sentio, ſentio, majori animum thyrſo quati, & in admirationem tui abripi. Quid? anguſtus jam calamus eſt: ipſo ore, ipſo vellem animo coràm loqui. Sed, ut amare pergas hominem, cui Honeſtas, vitæ velut teſſera eſt, & publica quàm privata utilitas potior, rogo. Hominem, qui ut publicè proſit, auctoritatis tuæ patrocinium audet invocare. Vale, & vive. Lovanii, in Arce. Poſtrid. Eid. Ianuarii, ∞.IↃC.XXVII. Cultum ne ſine munere offeram, hunc librum velut ſtrenam mitto.

EPI-

EPISTOLA XXXIII.

Mediolanum.

PAVLO RAVDENSI,
Senatori Regio.

IN ruborem me conjicit tam prolixa humanitas, quæ vel modum excedit, vel nescit in te habere modum. Novi negotia, & ea si abessent, dignitatem tuam. Quid igitur? cum admittis litteras meas, beneficium est: ex lege & demenso scribunt, qui pares sunt. O mittenda prorsus ista sive moræ, sive silentii excusatio! nam ut videas nihil dilatum esse, etiam sine litteris affectus tuus loquitur, & officiosus est. Perge amare quæ conor; æstimare quæ in gloriam Mediolanensium molior, & putabo me quotidie litterarum tuarum honore frui. Nunc bina iterum folia mitto, & secundam decadem impleo. Sed si

non fallet typographus, majori incremento opus deinceps surget. Avidè verò quæ promittis scriptionis subsidia exspecto; ut majore luce & Históría, & ipse Commentarius fulgeat. De me quid prætereà dicam? Adesse suave sit, & Virtutes tuas coràm quotidie, & in eâ Vrbe venerari, ubi si Irruptiones istæ meæ vivent, numquam ipse, aut ignotus moriar. Vale Insubrum magnum decus. Lovanii, in Arce, XVI. Kal. Ianuar. ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XXXIV.

Antverpiam.

PETRO SCHOLIRIO, *V. C.*

ADhuc me Sermones tui habent & oblectant, stilo FAMILIARES, pretio vel cum ipsâ Antiquitate comparandi. O salem! ô mulsum! Tuum stili coloribus repræsentas sæculum, sed tamquàm antiquo

antiquo vivas. Belgam, an Romanum te dicam, nescio. Scribis & describis Belgas; sed Romanâ verè linguâ. Dentem quoque Romanum video, sed candentem: morsum sine vulnere. Tamquàm non corripias, sed corrigas, quę à Catonis normâ recedunt; ludas, non lædas. Mores nostri, si non pravi, inepti interdum ac ridiculi sunt, partim exemplo plurium, partim naturâ cujusque. Suum autem nemo vitium confiteri vult: publicum, tamquàm suum, omnes putant reprehendi. Quis igitur Censuræ locus? At ridere inania hominum vota studiaq; permissum est, quoties innocẽtissimis numeris veritas explicatur. Ea ingenii tui ac eloquii felicitas est, ut non tam scribere, quàm pingere videaris, oculos animumque legentis pariter trahens. Facit quoque eruditio tua, ut quæ vilia, aut plebeja sunt, splendorem

à stilo capiant; quæ jacent, exsurgant. Breviter; philosopharis: quod cùm à litteris munus nonnulli hodie separant, doctrinæ lumen ignorantiâ extinguunt. Habes judicium meum; imò Palæstræ, feliciter quidem jam instauratæ. Sed tu munusculum istud hostimenti loco cape, & tot Olympiades vive, quot descripsi. Vive, inquam, & vale. Lovanii, in Arce, VIII. Kal. Febr. CIↃ.IↃC.XXVII.

EPISTOLA XXXV.

Lutetiam.

MARIAE GORNACENSI

Virgini Nobili, & Sapientiæ alumnæ.

NIhil hactenus Vmbrâ vilius fuit: sed postquàm famam tuam, umbram esse voluisti, pretium accepit, inter naturæ posthac delicias æstimanda. Hoc etiam ingenium tuum potuit; quia nihil nisi lumen est, nihil nisi aurum, tam-

quam

quàm αἰθόμενον πῦρ. Pulcherrimum igitur, pretiosum, & coruscans accepi munus. Munus, inquam, à Virgine, quæ inter viros Sapientiæ & facundiæ laude eminet: clarior etiam, quia Vmbram illustravit; quia eò evexit nomen, ubi obscurari non potest. Hauriam ex hoc libro, ex hâc Vmbrâ scintillas luminis, & ut meas vincam tenebras, tuo pergam exemplo philosophari. A prima lectione animum novo sentio igni incalescere. Illa elegantia tua plusquàm Attica, illa Suadâ tua prorsus mellea, quem non moveat? Tamquàm amare vile sit, cultum adfero: & quam lego, imò admiror; videre etiam velim; quemadmodum tuipsa videre aliquando LIPSIVM voluisti. Quidni etiam tanti mihi Gallia sit, quanti Belgium tibi fuit? Solem suum Belgium habuit: Lunam suam adhuc Gallia, & quidquid in Sole fuit, re-

præsentat. Sol in Vmbram mutatus est, & splendere desiit: tu te Vmbram facis, & jubare impleris. Vive VIRGO, citiùs mori poteris, quàm pulchra non esse: amari digna es, quia pulchram Vmbram facis. Vale. Lovanii, in Arce, Pridie Eid. Martias, ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XXXVI.

Vilvordiam.

HENRICO BRONCHORSTIO,

Arcis Vilvordianæ Præfecto.

ITerata benevolentiæ tessera quomodo me non obliget? Eo nomine utramque epistolam tuam appello, à manu & pectore verè Belgico profectam. Vt mores hodie multorum sunt, multum profectò à prisco candore degenerârunt: tu nativam gentis integritatem servas. Non blandus tantùm, sed benignus es, & verba in officia commutans, bene de rebus meis, quà privatim,

tim, quâ publicè, mereri ſtudes. Ante omnia tam bonum affectum pro beneficio habeo; auxilio in occaſione uſurus. Nunc ut Immunitatem Arcis Lovanienſis, & Præfecturæ hîc meæ aſſeram, occupatus ſum: ſed controverſia in conditiones videtur ire. Ego pacis amans, quod concordiâ tranſigi poterit, jure non experiar. Et quia totum quod ago, Arcis cauſsâ ago; jure utar meo, ſi concordia non obtinebit. Quidquid erit, ſalva Immunitas erit, licet redimatur. De eventu ad te ſcribam, ut ſi lis ſurgat, ſuppetias quoque ex Archivis tuis petam. Nunc rogo, ut de commodis me Præfecturæ Vilvordienſis certiorem facias: & an ſumptu Regio ignem in Arce accendas. Vale, & meâ viciſſim operâ utere, quam candidè & mutuo benevolentiæ affectu offero. Lovanii, in Arce III. Kal. Febr. ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XXXVII.

Lutetiam.

NICOLAO RIGALTIO, *V. C.*
Bibliothecæ Regiæ Præfecto.

PHAEDRVS me tuus, Clarissime Vir, humanissimè aliquando interpellavit, non liber, sed thesaurus; sed qui à tuo ingenio pretii incrementum accepit. Vt numquam ab oculis meis elegantissimus hic, non tam Augusti, quàm tuus libertus recedit: ita RIGALTII nomen & simul affectum continuò mihi suggerit. Permitte, ut tandem aliquando exiguo hostimento beneficium agnoscam. Ausus ingenii mei paupertatem denudare, amplius benevolentiam provocare tuam volui. Vale. Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Mart. CIↃ.IↃC.XXVII.

EPISTOLA XXXVIII.

Lovanii.

CHRISTOPHORO SAPIEHAE,
Palæstritæ Suo.

ISta de DEMETRIO Mosco legi, ingeniosè, ita me Deus, ac nitidè narrata. Sic decuit verò suspensum tenere, sive legentis, sive audientis animum; ut viveret, & ad imperium veniret, qui cæsus in cunis putabatur. Amplius igitur hic est, perire DEMETRIVM, qui imperio servatus erat, quàm ad imperium evehi, quem ὑποβολιμαῖον, sive supposititium, nonnulli censuerunt. Ut isthuc redeam, pulcherrima Narratio est, auribus Palæstræ, amplius dicam, ore tuo digna: dicendo verò longè pulchriorem facies. Vale. In Arce, XVI. Kal. Aprilis, CIↃ. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XXXIX.

Madritum.

IOANNI CROYO,

Comiti Sorano.

DE morbo intellexi, gravit
que dolui: de valetudine
inde meliori, ac vehementer læ
tus ſum. Sed hæc humani corpo
conditio eſt, commoveri interdu
& concuti; ut ad ſtatum ſuu
redeat, à morbo ad ſanitate
Nónne cælum ipſum, nunc ſere
tate, nunc tempeſtate diſtinguitu
annus æſtate & hieme? Propitiâ
que Hygeiâ frui, aut nemini,
paucis datum eſt. In me quid
naturæ haſce vices frequenter e
perior: nunc valeo, nunc ægro
aliquando neſcio valeam, an ægr
tem. Sanitas eſt, patienter morbu
& quidquid Deus imponit; fer
ing

ingenium, morbo non impeditum, rectè occupare. Bibliothecam hîc quoque meam examinavi, in quâ Manuſcripti quidem pauci: typis excuſi, quotquot propriè ad Sapientiam Veterem, Hiſtoriam, & Politiores Litteras faciunt, partim Græci, partim Latini. Græcorum aliquod nunc ſpecimen mitto, totum brevì confecturus catalogum, ſi à moleſtiis quibuſdam licebit curiſque reſpirare. Sanè ita eſt,

—— *Quiſque ſuos patimur manes:*

& ſuam boni conatus ubique remoram. Non accuſabo verò Fortunam meam: tibi ſi placuero, quem intimo cultu veneror, felix ero: felix etiam, ſi de plenâ valetudine tuâ intelligam: meam intereà, quaſi dubiam arbitrabor. Ut valeam igitur vale.

EPI-

EPISTOLA XL.

Gandavum.

NICOLAO BVRGVNDIO, *I. C.*

O Cælum! ô terrâ! ô Maria Neptuni! Inveniri homines, qui calumniæ stratagemate amicitiam nostram conantur dissolvere! Præbuisti aurem, mi BVRGVNDI, improbis, imò scelestis Euristii verbis, sed nimis facilem: passus affectum in me tuum exasperari. Egóne ut sinistrè de ingenio quod formavi, de laboribus quos direxi, statuam? Scribe, cresce, famam auge: tuo etiam lumine clarior futurus sum. Hæc felicitas mea est, prodiisse è Palæstrâ Bonæ Mentis virum, qui cùm meus sit, audeat Æternitati nomen inserere, jam etiã dignus, ab Exteris evocari, Iuris Mystam cum prærogativâ agere. Ostendisti Carminis conatu, jungi Astrææ Musas posse;

posse; valere doctrinam, quæ litteris instructa est; prodesse Litteras, cùm ad Historiam assurgunt. Hujus tibi jam specimen elaboratum scio; quidni faveam? quidni gaudeam? Imò ut publicum facias, & hoc veluti munere Patriæ valedicas, prorsus auctor sum. Quod officii mei est, cur nolim & ingenii tui esse? Mei labores suam nihilominùs laudem invenient: nec difficile mihi erit, etiam post BURGUNDIUM meum scribere, præsertim argumento in reliquam Historiam exactissimè præparato, & ab eo, qui rerum omnium consiliorumque magna pars fuit, quâ prudentiâ, eâ auctoritate. Stilum ego & judicium adfero; atque huic curæ maturiores jam ætatis annos impendo. Tu providè ac scitè florem ipsum in tumultuum Belgicorum origine maluisti occupare. Perfice igitur, vel absolve; ut sic magis
meus

meus ſis, & ſingulare à me laudis teſtimonium accipias. An ſatis iſta, ut Amicitiæ noſtræ integritatem ſtabiliam? ut amari ſaltem poſt beneficia, quæ non jacto, velim? Si gratus tibi hoſpes ero, Gandavum, adulto vere, veniam, te, priuſquàm in Germaniam proficiſcaris, complexurus. Coràm deprehendes, Puteanum eſſe, qui fuit ſemper; non verbis, ſed moribus philoſophari. Has nunc OLYMPIADES cape, imò lege, & DOCTRINÆ POLITICÆ FONTES expecta, qui mox è Typographi officinâ proſilient. IRRVPTIONES BARBARORVM Plenis Commentariis promovemus. Vale, Lovanii, in Arce Regiâ, v. Die menſis φαρμυθί, ſive Prid. Kal. April. ∞. IↃC. XXVII. Cenſuali.

EPI-

EPISTOLA XLI.

Furam.

CAROLO ARENBERGIO,

Capucino.

NOvus ſcriptione iſtâ ſum, ſed vetus obſequium adfero, debitum anteà Illuſtriſſimę ſtirpi tuæ, nunc pietati; quâ novum etiam ſtirpi decus accedit. Non poteſt à ſanguine humanitas, minùs à pietate removeri: ſed humanitate tuâ fretus, uſurpare ſcriptionem auſus ſum; ne mutum deinceps obſequium videretur. Imò occaſione uſus ſum; ut litteras ſcriberem, quia munuſculum exſolvebam. Tandem igitur mitto novo Monaſterio, novæque Bibliothecæ hunc ex acervo meo librum; qui cùm Hiſtoriam contineat, à ſacrâ Antiquitate non recedit. IOSEPHVS eſt, ſed à RVFINO tranſlatus: Scriptor, etiam

iam Săctis Patribus in pretio; quippe accuratiſſimus καὶ φιλαληθέςατος; qui & Romæ aliquando Bibliothecam meruit, ut D. Hieronymus teſtatur. Exemplar quoque ab ipſo RVFINO ſcriptum Mediolani in Bibliothecâ Ambroſianâ religiosè aſſervatur, & aliis velut pōpam libris, à BORROMÆO inſtructis, facit. Sed munus meum non eodem pretio, ſed nomine eodem commendatur: IOSEPHVM, imò RVFINVM exhibet; ingenium, inquam, utriuſque. Quid munus dico? pignus dumtaxat eſt. Hinc verò ſi locus in novo Monaſterio, & novâ Bibliothecâ erit, operam daturus ſum, ut vero munere bonum affectum aperiam. Ita ſanè ſcribere nunc volui, ita obſequium adferre. Vale. Lovanii, in Arce, Eidibus Maii, ∞. IↃC. XXVII.

EPI-

EPISTOLA XLII.

Antverpiam.

FRANCISCO SWEERTIO, *V. C.*

ERASMI imaginem accepi, mi SVVEERTI, & lineis, & totâ arte elegantem. Sed major iste Vir est, quàm ut plebeiâ manu adumbretur: melius etiam de Litteris, & gloriâ Belgarum meritus, quàm ut lineamenta oris pereant. Ingenium enim æternum est. Felix Vrbs Roterodamum, cui Erasmus contigit, aut quæ Erasmo: felix Erasmus, qui à patriâ agnitus est, & adhuc agnoscitur. Consenuerat lignea illa in foro statua, ærea substituta est: & qui non ferunt Divorum imagines, uni hunc honorem homini concesserunt. Sed habeant illi æs suum: mihi hæc papyrus, quia Erasmum exhibet, aurum est, & hoc pretio donum ad me missum æsti-

mo. Nunc ἀντίδωρον hoc de OLYMPIADIBUS Syntagma cape, lege, cense. Miraberis autem, omnia manu tempora claudi: dici tandem in argumento tam nobili aliquid potuisse, quod hactenus observatum nō fuit. POLITICA mea, HISTORICA, & INDIGITAMENTA brevì videbis: alia, si Typographis placuerit. Vale, & me ama. Constitui hoc Vere ad vos excurrere: fac ut otiosum, & lepidum te inveniam; aut non veniam. Lovanii, in Arce Regiâ, III. Non. Aprilis, aut si Ægyptiorum admittis calculum, VIII. die mensis φαρμουθί, ∞.IↃC.XXVII.

EPISTOLA XLIII.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

Virtutem doctrinamque tuam postquàm nosse cœpi, etiam huma-

humanitatem provoco:quæ aut ipsa virtus est, aut illius comes; è doctrinâ certè nascitur. Scribo ecce, & familiariùs me jungo; ut sive inverecundia, sive libertas hæc quædam appellanda est, excusationem mereatur. Viam tamen optimus integerrimusque CHIFFLETIVS meus velut stravit: qui cùm tuus sit, me quoque voluit tuum amicitiæ jure facere. Adsum igitur, cultum obsequiumque promitto ac promo, à familiaritate tuâ aliquid nomini meo splendoris mutuaturus. Ad ignem venio: quidni incalescam? Lucem haurio, quomodò obscurus sim? Quia hactenus ingenii aliquo conatu tuum videor amorem provocasse; non verebor porrò, cùm de studiis agam, ad tuum, ut sic dicam, tribunal libros & labores meos deferre. Magnum fœnus, si & censurâ fruar. A Cryptographiâ verò istâ ordiri placuit,

EPISTOLA XXXIX.

Madritum.

IOANNI CROYO,

Comiti Sorano.

DE morbo intellexi, graviterque dolui: de valetudine deinde meliori, ac vehementer lætatus ſum. Sed hæc humani corporis conditio eſt, commoveri interdum & concuti; ut ad ſtatum ſuum redeat, à morbo ad ſanitatem. Nónne cælum ipſum, nunc ſerenitate, nunc tempeſtate diſtinguitur? annus æſtate & hieme? Propitiâ uſque Hygeiâ frui, aut nemini, aut paucis datum eſt. In me quidem naturæ haſce vices frequenter experior: nunc valeo, nunc ægroto; aliquando neſcio valeam, an ægrotem. Sanitas eſt, patienter morbum, & quidquid Deus imponit; ferre;

inge-

ingenium,morbo non impeditum, rectè occupare. Bibliothecam hîc quoque meam examinavi, in quâ Manuſcripti quidem pauci: typis excuſi, quotquot propriè ad Sapientiam Veterem, Hiſtoriam, & Politiores Litteras faciunt, partim Græci, partim Latini. Græcorum aliquod nunc ſpecimen mitto, totum brevî confecturus catalogum, ſi à moleſtiis quibuſdam licebit curiſque reſpirare. Sanè ita eſt,

——*Quiſque ſuos patimur manes*:

& ſuam boni conatus ubique remoram. Non accuſabo verò Fortunam meam: tibi ſi placuero, quem intimo cultu veneror, felix ero: felix etiam, ſi de plenâ valetudine tuâ intelligam: meam intereà, quaſi dubiam arbitrabor. Ut valeam igitur vale.

EPI-

EPISTOLA XL.

Gandavum.

NICOLAO BVRGVNDIO, *I. C.*

O Cælum! ô terrâ! ô Maria Neptuni! Inveniri homines, qui calumniæ ſtratagemate amicitiam noſtram conantur diſſolvere! Præbuiſti aurem, mi BVRGVNDI, improbis, imò ſceleſtis Euriſtii verbis, ſed nimis facilem: paſſus affectum in me tuum exaſperari. Egóne ut ſiniſtrè de ingenio quod formavi, de laboribus quos direxi, ſtatuam? Scribe, creſce, famam auge: tuo etiam lumine clarior futurus ſum. Hæc felicitas mea eſt; prodiiſſe è Palæſtrâ Bonæ Mentis virum, qui cùm meus ſit, audeat Æternitati nomen inſerere, jam etiā dignus, ab Exteris evocari, Iuris Myſtam cum prærogativâ agere. Oſtendiſti Carminis conatu, jungi Aſtrææ Muſas poſſe;

posse; valere doctrinam, quæ litteris instructa est; prodesse Litteras, cùm ad Historiam assurgunt. Hujus tibi jam specimen elaboratum scio; quidni faveam? quidni gaudeam? Imò ut publicum facias, & hoc veluti munere Patriæ valedicas, prorsus auctor sum. Quod officii mei est, cur nolim & ingenii tui esse? Mei labores suam nihilominùs laudem invenient: nec difficile mihi erit, etiam post BVRGVNDIVM meum scribere, præsertim argumento in reliquam Historiam exactissimè præparato, & ab eo, qui rerum omnium consiliorumque magna pars fuit, quâ prudentiâ, eâ auctoritate. Stilum ego & judicium adfero; atque huic curæ maturiores jam ætatis annos impendo. Tù providè ac scitè florem ipsum in tumultuum Belgicorum origine maluisti occupare. Perfice igitur, vel absolve; ut sic magis meus

meus ſis, & ſingulare à me laudis teſtimonium accipias. An ſatis iſta, ut Amicitiæ noſtræ integritatem ſtabiliam? ut amari ſaltem poſt beneficia, quæ non jacto, velim? Si gratus tibi hoſpes ero, Gandavum, adulto vere, veniam, te, priuſquàm in Germaniam proficiſcaris, complexurus. Coràm deprehendes, Puteanum eſſe, qui fuit ſemper; non verbis, ſed moribus philoſophari. Has nunc OLYMPIADES cape, imò lege, & DOCTRINÆ POLITICÆ FONTES expecta, qui mox è Typographi officinâ proſilient. IRRVPTIONES BARBARORVM Plenis Commentariis promovemus. Vale, Lovanii, in Arce Regiâ, v. Die menſis φαρμυθί, ſive Prid. Kal. April. ∞. IↃC. XXVII. Cenſuali.

EPI-

EPISTOLA XLI.

Furam.

CAROLO ARENBERGIO,

Capucino.

NOvus ſcriptione iſtâ ſum, ſed vetus obſequium adfero, debitum anteà Illuſtriſſimę ſtirpi tuæ, nunc pietati; quâ novum etiam ſtirpi decus accedit. Non poteſt à ſanguine humanitas, minùs à pietate removeri: ſed humanitate tuâ fretus, uſurpare ſcriptionem auſus ſum; ne mutum deinceps obſequium videretur. Imò occaſione uſus ſum; ut litteras ſcriberem, quia munuſculum exſolvebam. Tandem igitur mitto novo Monaſterio, novæque Bibliothecæ hunc ex acervo meo librum; qui cùm Hiſtoriam contineat, à ſacrâ Antiquitate non recedit. IOSEPHVS eſt, ſed à RVFINO tranſlatus: Scriptor, etiam

iam Sāctis Patribus in pretio; quippe accuratissimus καὶ φιλαληθέστατος; qui & Romæ aliquando Bibliothecam meruit, ut D. Hieronymus testatur. Exemplar quoque ab ipso RVFINO scriptum Mediolani in Bibliothecâ Ambrosianâ religiosè asservatur, & aliis velut pōpam libris, à BORROMÆO instructis, facit. Sed munus meum non eodem pretio, sed nomine eodem commendatur: IOSEPHVM, imò RVFINVM exhibet; ingenium, inquam, utriusque. Quid munus dico? pignus dumtaxat est. Hinc verò si locus in novo Monasterio, & novâ Bibliothecâ erit, operam daturus sum, ut vero munere bonum affectum aperiam. Ita sanè scribere nunc volui, ita obsequium adferre. Vale. Lovanii, in Arce, Eidibus Maii, ∞. IↃC. XXVII.

EPI-

EPISTOLA XLII.

Antverpiam.

FRANCISCO SWEERTIO, *V. C.*

ERASMI imaginem accepi, mi SVVEERTI, & lineis, & totâ arte elegantem. Sed major iste Vir est, quàm ut plebeiâ manu adumbretur: melius etiam de Litteris, & gloriâ Belgarum meritus, quàm ut lineamenta oris pereant. Ingenium enim æternum est. Felix Vrbs Roterodamum, cui Erasmus contigit, aut quæ Erasmo: felix Erasmus, qui à patriâ agnitus est, & adhuc agnoscitur. Consenuerat lignea illa in foro statua, ærea substituta est: & qui non ferunt Divorum imagines, uni hunc honorem homini concesserunt. Sed habeant illi æs suum: mihi hæc papyrus, quia Erasmum exhibet, aurum est, & hoc pretio donum ad me missum æstimo,

mo. Nunc ἀντίδωρον hoc de OLYMPIADIBVS Syntagma cape, lege, cense. Miraberis autem, omnia manu tempora claudi: dici tandem in argumento tam nobili aliquid potuisse, quod hactenus observatum nō fuit. POLITICA mea, HISTORICA, & INDIGITAMENTA brevî videbis: alia, si Typographis placuerit. Vale, & me ama. Constitui hoc Vere ad vos excurrere: fac ut otiosum, & lepidum te inveniam; aut non veniam. Lovanii, in Arce Regiâ, III. Non. Aprilis, aut si Ægyptiorum admittis calculum, VIII. die mensis φαρμουθί, ∞.IↃC.XXVII.

EPISTOLA XLIII.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

VIrtutem doctrinamque tuam postquàm nosse cœpi, etiam huma-

humanitatem provoco: quæ aut ipsa virtus est, aut illius comes; è doctrinâ certè nascitur. Scribo ecce, & familiariùs me jungo; ut sive inverecundia, sive libertas hæc quædam appellanda est, excusationem mereatur. Viam tamen optimus integerrimusque CHIFFLETIVS meus velut stravit: qui cùm tuus sit, me quoque voluit tuum amicitiæ jure facere. Adsum igitur, cultum obsequiumque promitto ac promo, à familiaritate tuâ aliquid nomini meo splendoris mutuaturus. Ad ignem venio: quidni incalescam? Lucem haurio, quomodò obscurus sim? Quia hactenus ingenii aliquo conatu tuum videor amorem provocasse; non verebor porrò, cùm de studiis agam, ad tuum, ut sic dicam, tribunal libros & labores meos deferre. Magnum fœnus, si & censurâ fruar. A Cryptographiâ verò istâ ordiri placuit,

re leviculâ; non inutili tamen, si clandestina scribendi ratio, tutissimo secreto munita, æstimatur. Sed nunc humanus in me esse incipe, quemadmodum bonus doctusque es; & aliquid otii legendæ quoque Historiæ meæ destina, quam mox missurus sum. Tibi autem si placuero, multorum judicia non timebo. Sic igitur amari pulchrum erit: sed censebis mea, tamquàm nihil affectui tribuas. Vale. Lovanii, in Arce, Pridie Non. Maii, ∞.IↃC.XXVII.

EPISTOLA XLIV.

Mediolanum.

FRANCISCO MELZIO,

Comiti Mazentæ.

VIri est, comparem sibi jungere, & posteritatem cogitare: *Fortes creantur fortibus & bonis.* Sed tibi potiùs, an conjugi gratulabor? Cæcus Amor est: sed quia ad te venit, oculos accepit. Tua pulchri-

chritudo, quid nisi virtus est? Conjugis venustas, quid nisi probitas, modestia, castitas? Tale nimirum genus utriusque, talis indoles; tales quoque liberi erunt, quos felix, ut spero, thorus maturo puerperio daturus est. Suave sic erit, Patrem esse; suave, Matrem. Nam filium, vel filiam complecti, matrimonii vota sunt, ornamenta familiæ, vincla felicitatis. An aliud dicam? ut longa ætas, & virens semper hæc voluptas sit, & incrementum ab usurâ capiat. De me MONTORFANVS dixerit. Si Deo ita visum, haud recusem equidem commodâ occasione studiorum meorum fructus illi Vrbi consecrare, in quâ semina jacta sunt; sed consuetudine tuâ frui, ad cumulum felicitatis faciat. Ita vale, & vive, & me, quem etiam domi meæ, & apud meos nosti, ama. Lovanii, in Arce, v. Non. Quinctil. ∞. IↃC.XXVII.

EPISTOLA XLV.

Bruxellam.

AMBROSIO SPINOLAE,

Militiæ Regiæ Summo Præfecto.

BEnigniſſimum reſpõſum tuum non poſſum niſi ingens beneficium appellare. Gratiam verò ſcribere citiùs debui; referre debebo ſemper. Non ſcripſi verò, ut ipſo ſilentio, quod venerationis ſignum eſt, obſtrictum me faterer: non adhuc refero, ut præparem quodammodò ingenium, & ad magnitudinem victoriarum Tuarum, ſumptis adhuc viribus, attollam. Quæ creſcit ſemper Virtutum gloria, poterit aliquando in ſummo faſtigio quieſcere: & cùm viri magni Æternitatem tuam voce & ſtilo continuo celebrent, adjungam aliquando conatum meum, & minori eloquio pius ero. Sed nunc IOANNEM BAPTISTAM CRIBELLIVM adhuc

adhuc commendo, Virum muneri quod petit, & quod jam oblatâ quasi occasione petit, aptissimum. In me verò cùm hic favor redundaturus sit, ad novam & scribendam, & referendam gratiam obligabor. Vale, vive, vince, Magne belli Imperator, & Heros. Lovanii, in Arce, Nonis Sextilib. ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XLVI.

Mediolanum.

PAULO RAUDENSI,

Senatori Regio.

NVnc planè scio, quàm suave sit, Viris magnis placere. Tamquam repentinâ luce perfusus, & novo vigore auctus, dubium ac vacillantem firmavi animum, rebusque Mediolanensium penitus consecravi. O epistolam tuam! ô lucem! ô affectum tuum! ô vigorem! Insigne hoc jam præmium puto, laudari quæ à me scripta sunt: &

laudari ab eo, quem non docti tantùm, sed & magni suspiciunt; dignum, cui gloria Vrbis atque Provinciæ innitatur. Gaudio igitur hunc à me laborem susceptum esse: gaudeo meum ingenium tuo patricinio æstimari. Conatus equidem sum in nobilissimo argumento quæ diffusa amitterent gratiam, ad brevitatem elegantiâ aliquâ stili ducere: & quæ contracta induerent obscuritatem, fide bonorum scriptorum illustrare. Id autem cùm tibi consilium placeat, triumphare videor. Legetur Historia, tamquàm suo quodam colore alliciat: intelligetur, quia Commentariis se diffundet. Corpus, ut sic dicam, & suâ nuditate venustum erit, & à veste ornamentum capiet. Quòd hortaris verò, ut apud typographum opus promoveam; facio, faciamque sedulò, folia deinceps, ut excudentur, singula missurus.

rus. Ita me Deus, tamquàm ſatis adhuc non placeam, univerſum dare ſtatim volumen velim: nunc mora tamen neceſſaria eſt, quam magnitudo excuſabit. Itaque fluant Sex iſti menſes, ſed felices tibi; aliquot intereà libri abſolvi poterunt, & me teſtari tuum eſſe: quem ſingulari humanitate & benevolentiâ complexus es, poſtquàm publico dignum affectu cenſuiſti. Mihi ſanè jam ſuave eſt, ſic cenſeri: & cenſeri ſic malo, quàm vel accipere præmium, ſi ambiam; vel ambire ſi merear. Vale, Hiſtoriæ Patrone, & gloriam Vrbis tuæ tuâ propagare perge; tuam, Vrbis. Lovanii, in Arce, VII. Eid. Quinct. ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XLVII.

Dolam.

CAROLO BOVRRELIERIO MALPASIO.

NE otioſæ apud me litteræ tuæ eſſent, non tam ſcribere, quàm

agere volui, quæ extra ſilentium me collocarent. Filios igitur, quia tam boni patris, quia tam præſtanti indole, familiariùs etiam complexus ſum: non ad Doctrinam tantùm, ſed ad præmia Doctrinæ duxi. In Scholâ exercitati, in Aulâ noti ſunt, & ipſius Sereniſſimæ Principis affectum provocârunt. Quid attinet dicere? accepit Iunior luculentum induſtriæ teſtimonium, uterque meruit: accepit Numiſma, & metallo, & imagine pretioſum. In filii igitur pectore (gaude ô Pater) auguſtiſſimum Regis ipſius vultum conſpiciunt Academici noſtri; qui ut magis reſplenderet, auro expreſſus eſt. Hoc jam honore (gaude iterum ô Pater) major natu ſtimulatur; & ne in Palæſtrâ meâ juniori cedat, ætatis ordinem felici ſtudet induſtriâ ſibi vindicare. Quid amor poſſit hîc vides, & quantum æmulationi conceſſum

ceſſum

cessum sit. Semper fratres erunt, qui sic contendunt; amabunt semper, qui ut tibi placeant, æmulationem ad virtutem referunt. Nolo plura: sed ab Humanitate Gubernatorem tibi Grajacensem laudo, laudo Chiffletios meos, quorum favor pondus apud Serenissimam Principem habuit, & adhuc habiturus est. Vale. Lovanii, in Arce, xv. Kal. Iunii, ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA XLVIII.

Bruxellam.

SAXONI FINIÆ, *V. N.*

à Secretis Statûs.

MIrum in modum me nuperrimè suavissimi sermonis tui candor cepit, individuus ille Virtutis & Doctrinæ comes. Ostendis te bonum prorsus & eruditum esse, qui sic disseris: humanissimum esse, qui sic amas. Nam profectò & affectum expertus sum, quo vel solo

possim

poſſim obſtringi: rem addis & auxilium; quaſi deliciæ tuæ ſint, de me, imò de Amicis meis bene mereri. Sed hęc conditio mea eſt, ut magis de Amicis, quàm de me ipſo ſollicitus ſim; & hunc è primâ claſſe, dignumque favore tuo Virum, tuæ audeam nunc etiam Humanitati commendare. Petitionem nuper expoſui: documenta hìc habes. Familia, quia ab antiquo, ut intelligo, Nobilis fuit, priſtinum tuo beneficio decus recipiet; ſi non fuit, ordietur. Meum verò erit, agere, ut fertili gratiâ beneficium ęſtimetur. Ita vale, & Olympiades iſtas delibare incipe, dum reliqua, quæ promiſi, mittam. Lovanii, in Arce, XI. Kal. Septemb. qui penultimus apud Ægyptios μισωρί. CIↃ.IↃC XXVII.

EPI-

EPISTOLA XLIX.

IACOBO MASIO.

Ordinum Graphiario.

TVúsne igitur ille Parens, ille Regi & Reipublicæ adhuc necessarius, sic repentè fato concessit? Vehementer equidem concussus sum, & fusis lacrymis vitæ humanæ brevitatem deflevi. Quid prætereà à me exigas? Muneris mei non est, consolationem adferre; amoris est, rogare, ut quemadmodum Viri magni filius es, ita te virum cogites. Itaque ne bis infelix sis, & parentis fato, & tuo luctu; fac quæso, ut post primum saltem dolorem constantiâ animum firmes; feras, inquam, quod à Deo est, nec ullâ mutari querimoniâ potest. Quàm multi ad hanc ætatem non perveniunt! quàm multi longam vitam, miseram agunt! malis obnoxii, non ob aliam caussam, quàm quia vivunt!

Vin'

Vin' jam exſtincto gratus eſſe? mœrorem amolire. Qui pulchrè vixerat, & per virtutem conſenuerat, cælo dignus erat. Huc tranſlatum eſſe, ut confidam, pietas ſuadet: poſt laborem ad præmia, poſt luctum ad triumphum. Vivere, labor eſt; occupari publicè, lucta eſt. Deus nos & Natura tandem benigno ſinu excipiunt, ut quieſcere ac gaudere liceat, humana omnia deſpicere è ſublimi. Habes Parentem in cælo, quem in terrâ habuiſti: monſtravit viam, quâ è terrâ ad cælum ipſe pervenias. Sed adhuc vivendum, adhuc laborandum eſt; ut qui Virtutes parentis τοῦ μακαρίτου exprimis, annos poſſis ſuperare. Ita Vale. Lovanii, in Arce Regiâ, VIII. Kal. Novemb. ∞.IↃC.XXVII.

EPI-

EPISTOLA L.

Lovanii.

IOANNI BAPTISTAE VANDER-HORST,

Toparcha VVingiano.

QVod voce hactenus non licuit, calamo, sed breviter exsequor, & Consularem tibi dignitatem publicè privatimq; felicem opto. Prudētia tua, & moderatio animi traxêre voluntatem & suffragia civium, ac voluêre in Republicâ clarum nomen tuum esse; quemadmodum ab antiquo fuit. Fuit Majorum virtutibus: quæ cùm in te non desinant, pares Majoribus posteros relinques. Non est igitur quòd aliena tibi exempla proponas: in Stirpe habes, quæ sequaris: dabis ipse, quę sequi alii volent. Sed quia cum populo agendum est; hunc puta, velut equum (quod generosissimum est animal) regi debere:

re: non ſtimulis tantùm, ſed & Glaudiliis ſiue poppyſmis opus eſſe; ut inter ſeveritatem & lenitatem media auctoritas ſit, & pondus ſuum retineat. Claudianum monentem audi:

— *Peragit tranquilla poteſtas,*
Quod violenta nequit; mandataq; fortiùs urget
Imperioſa quies.

Tam mihi olim hæc ſententia placuit, ut typis repræſentari curaverim: quemadmodum in hoc, quem munuſculi loco mitto, libro videbis. Argumentum verò totum Politicum eſt, & partem doctrinæ de Republicâ continet. Cùm per otium licebit, inſpicies, & me, qui iſta Vrbis & Iuventutis cauſsâ ſcribo, tibi & Vrbi addictiſſimum cenſebis. Negotium quod de immunitate Arcis eſt, coràm exponam. Id autem, ut ſpero, tam facilè componi poterit, quàm arduum nonnulli arbitrati

arbitrati sunt; qui cùm jus Regium ignorarent, malè ac sinistrè de optimâ voluntate meâ statuerunt. Horam, locumque statue, veniam, ac loquar. Quæ dicturus sum, fateberis ipse ex re Vrbis esse. Ita salve, & cultum obsequiumque à me exspecta, debitum & Nobilitati tuæ & Dignitati. In Arce Regiâ, VI. Eid. Septemb. CIↃ. IↃC. XXVII.

EPISTOLA LI.

Bruxellam.

ENGELBERTO MASIO, *Equiti, Consilii Sanctioris Præsidi.*

VT tuum minuam dolorem, meum explicatum eo: & cùm aliis omnibus in rebus cliens sim, hîc me socium constituo, adeoque familiarem. Amisisti Fratrem, id grave est: ego Amicum, in quo omnia sanguinis vincula continentur: Amicum, in quo tuam soleo hu-

manitatem & benevolentiam admirari. Sed si me serenum vis, te esse ostende. Non potes dolori indulgere, nisi ut aliquid negotia publica, quæ in tuâ sunt manu, patiantur. Sed migravit ex hâc vitâ optimus frater, ut meliori frueretur: breviorem etiam senii miseriam faceret. Quid obstreperi sumus? Ita Deo visum est, qui assignato nascēdi & moriendi ordine, alios robustos juvenesque, alios debiles ac senes hinc abducit. Frater verò homo erat, & sic fato obnoxius: si quid adjici ætati potuit, tibi nunc Deus concedet. Adhuc firmus vegetusque es, tamquàm ab annis non pendeas; & præes rebus, tamquàm recenter admotus. Ut scias, peculiari te beneficio Dei servari, fratribus, licet junioribus, superstes es; &, producturus hanc senii felicitatem, sano in corpore animi vigorem servas. Quid addam, nisi vota,

ut

ut diu serves, ut annos dexterâ computes, & Nestor Belgarum voceris? Quod virtute meruisti nomen, tergeminâ ætate exprimes; ad virtutis autem famam faciet, post primum hunc doloris impetum in potestate animum habuisse. Ita vale, & me jam magis ama, qui à te uno flagitare audeo præsidium, quod in te, & fratre erat; sed esse in hoc desiit, ut in te augeretur. Iterum vale. Lovanii, in Arce, v. Kal. Novemb. ∞. IϽC. XXVII.

EPISTOLA LII.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

VT de moribus tuis judicem, litteræ faciunt, illæ suaves, vinulæ, venustæ; sed admodum mihi hîc quidem opportunæ. Amarulentiam non unius diluere possum,

postquàm sermonem tuum hausi. An credis? Suis quibusdam Puteanus gravis est; quia in exteris Doctrinam & Virtutem æstimat, in omnibus conatur celebrare. Tu si affectu laudas FONTES meos, ad humanitatem præis: si judicio, ostendis profectò, quid laudare alii debeant. Sed ego, si hîc non liceat, alibi fortassis præstiturus sum, ne quid in ARISTOTELE desideres. Nunc Irruptiones Barbarorum typographus promovet, quamvis lentè. Amat antiquum illud, Σπεῦδε βραδέως. Miraberis autem novum scribendi genus: in brevitate copiam, in copiâ brevitatem. Scripsi Historiam, sed breviter; Flori exemplum secutus: addidi Commentarios, sed copiosè; ut plenâ imagine cadentis Italiæ Fortunam repræsentarem. An specimen aliquod CHIFFLETIUS meus ad te miserit, nescio. Faxo verò mittat.

Intereà

Intereà NVNDINAS quoque Romanas eruere cœperam, hactenus sepultas: quæ INDIGITAMENTORVM meorum pars est, & ad tempora pertinet. Hei mihi, cur plenum scribenti otium concessum non est? Sed tempora accusanda sunt, & bella mentis studiis atque elegantiis infesta. Ad litteras tuas redeo, & suaves, vinulas, venustas appello, elegantiæ & ingenii plenas. Legi, relegi, neque satiatus sum: permittes autem, ut hanc voluptatem meam ad amicos omnes, & non amicos, transferam. Non debent deinceps sine encomio tuo FONTES mei legi. Vale. Lovanii, in Arce, Postridie Eid. Januarii, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LIII.

Bruxellam.

PETRO FRANCISCO CHIFFLETIO.

Societatis IESV Theologo.

QVòd aliena à me missa æstimas, humanitatis est; quòd & mea, benevolentiæ & amoris. Non sterilis igitur manus mea: à te enim æstimatur. Felix ingenii conatus, cùm tibi allubescat. Quid dicam? debeo humanitati, & offero hanc manum: debeo amori, quidquid est ingenii. Ita verò aliquo jam loco mediocritas mea censebitur; & quia laudem apud te obtinebit, alibi reprehensionem effugiet. Nobilissimæ doctrinæ argumentum est, quod tractatur: Vindiciæ Hispaniarum tutelares. Sed nihil ego propemodum præter sermonem adfero, qui aliorum magis arbitrio, quàm

quàm meo fuit usurpandus: Ipsa pro Tutelari suo Hispania pugnat: sed ut planè vincat; & vindex sit, eruditissimâ nunc industriâ tuâ, & stilo consequetur. Dici solet, ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα: sed ut ista epistola tua est, gemmas Doctrinæ, & vigorem ingenii, vimque mentis video, & veneror. Exsere tam præclaras dotes, & in defendendo Ibericæ pietatis pignore, aliorum omnium ad te laudem trahe. Primus ego sum, qui applausum paro; qui tuam etiam amicitiam ambio, postquàm in Fratrum optimorum familiaritatem Gratiæ me Chiffletianæ admiserunt. Tuum esse, hoc nunc magis erit, Societatis esse; cui qui addictus non est, minùs ille aut doctrinæ, aut pietati tribuit, imò verum Ecclesiæ splendorem videtur ignorare. Ita vale, & me Numini commenda; quod maximum humanitatis, benevolentiæ,

& amoris officium erit. Lovanii, in Arce, x. Kal. April. ∞.IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LIV.

Antverpiam.

FRANCISCO SWEERTIO, *V.C.*

ET affectu, & litteris liberalis es, mi SVVEERTI; quidni & illum, & has æstimem? Sed parum profectò ego amem, parum scribam, nisi velim quoque quod vis, & è meo censu. sive Epitaphia sive Inscriptiones thesauris tuis admetiar. Hic verò si morbi tui fructus est, quid bona valetudo dabit? Aegrota potiùs sic occupatus, quàm ut sanus quiescas: imò convalesce potiùs, ut ingenii operam lætiùs latiusque diffundas. Suave etiam omnibus erit, legere, quæ denuo colligis: imò salutare erit, moneri, quid incumbat omnibus. Rectè vivet, qui se quotidie cogitat moriturum.

turum. In hunc finem lapides, cippi, monumenta; ut inter vivos fuisse discamus, quorum nomina leguntur: inter mortuos nos fore aliquando, qui legimus. Sed pereunt ista quoque, & ad suum tituli fatum veniunt: tuâ nunc unius operâ victura semper, quia lapides, cippos, monumenta libro repræsentas. Vives igitur ipse maximè, qui tam multos prohibes mori; qui aliquam etiam ingenii mei partem letho eximis. Valebis maximè, cùm sic vives: numquam enim morieris. Habes hîc reciprocum affectum meum, habes litteras: sed Inscriptiones mox accipies. Lovanii, in Arce, VI. Eid. Februarii, ∞. IↃC. XXVII.

EPISTOLA LV.

Mechliniam.

IOANNI STEPHANO PVTEANO,

Filio suo.

Societatis IESV.

EPistola tua, mi Fili, suavissima mihi tessera fuit, & pietatis, ut sic dicam, strena. Te sic animatum esse, ex intimo corde gaudeo, imò sic scribere. Quantò enim majori affectu Deum & divina colis, tantò mihi semper jucundius erit, à te amari. De meo affectu dubitare noli: in pectore te mecum circumfero, tuo exemplo fratres sororesque excitare ad pietatem soleo, te στέφανον, sive Coronam familiæ meæ dicere, postquàm in majorem adoptatus es. Ostendam verò, ubi à molestiis quibusdam (hæc vita nostra est) respiravero, quàm mihi nunc etiam curæ sis, & quàm te in sanctissimâ illâ Societate amem; sic magis

magis meum, cùm videri possis non esse. Sed de FAVSTO an audiisti? tuum sequi exemplum voluit, & spretis humanis votis, Deo adhærere. Quare non desertâ, sed mutatâ militiâ, Carmelitarum Nudipedum cœtui hîc Lovanii mancipatus est, & novo isto tirocinio lætus, non jam nos sinit mœstos esse; te verò etiam lætiorem faciet. IVSTVS Nuncio Apostolico, Archiepiscopo Compsano, ab Epistolis Latinis est: quo munere strenuè fungitur. MAXIMILIANVS mihi, & Litteris operam dat, incertus adhuc quodnam vitæ genus electurus sit. An militiæ? Quidquid erit, faciam ut scias. Mater vel maximè gaudet, te non corpore tantùm, sed animo benè valere. Sic perge, & pio otio strenuè fruere; cui me matrem, fratres, sorores faventes habes. Lovanii in Arce, III. Eidus Ianuarii ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LVI.

Lugdunum Bat.

DANIELI HEINSIO, *Equiti, Musarum Apollini.*

EPistola tua, Vir Magne, mera mihi voluptas fuit, & nova, ut sic dicam, vita. Ita me Deus, recepi animum, quia tuum tam constanter in me directum vidi, non tempore, non silentio labefactatum. Cùm litteras tractem, & earum te Solem habeam; non possum sine te nisi in nocte & tristitiâ versari. O suave igitur hoc mihi tanto intervallo lumen!. ô gaudium exoptatum! Tamquàm ad veteres delicias, & innocentissimæ amicitiæ libertatem redeam, lego quotidie quam misisti epistolam, & in eâ animi tui vultum contemplor. Felices, qui sapientissimis sermonibus tuis, omnisque doctrinæ miraculis coràm fruun-

fruuntur: vel miseri, si felicitatem suam non intelligunt. Nihil penitus eorum vidi, quæ hoc tibi biennio edita sunt: quò nunc avidiùs & Aristarchum, & Orationes novo incremento locupletatas expecto. Ego quid egerim? Scholæ & juventuti me dedi: quemadmodum Olympiades, breviter illustratæ, & hi simul Doctrinæ Politicæ Fontes judicabunt. Aphorismos proposui, quos explicarem, exemplum & ingenium tuum inprimis secutus, qui incredibili Suadâ ac paraphrasi primus efficere potuisti, ut Aristoteles, tot hactenus Explicationibus & Commentariis fatigatus, intelligeretur. Irruptiones meas Barbarorum augeo, & Commentariis illustro: quod opus, ut in volumen surgit, ita nostris hominibus, nihil nisi vastum æstimantibus, satisfaciet. Vale, & de me, tamquàm de verò Amico semper statue. Citiùs

enim

enim vivere desinam, quàm virtutem tuam, doctrinam, facundiam venerari. Lovanii, in Arce Palladis, III. Eid. Maii, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LVII.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

MEam ego jam ferre fortunam possum, quia tuam novâ Rex dignitate grandire voluit: quemadmodum ex utroque Chiffletio tuo, nec minùs meo, intellexi. Sanè quantum ipsi gavisi sunt, tantum ego exilii, Virtutis ac Doctrinæ rationem haberi. Præeris igitur rebus Burgundicis Belgicisque; ostensurus non tam vires nobis hactenus, sed viros defuisse. Magna navis non multis tantùm, sed peritis manibus regenda est, quæ omnes uni capiti obediant. Sed Monarchiæ manus

manus consilia magis, quàm arma sunt: magisque pugnant, qui ingenium impendunt. Tuâ quia prudentiâ Rex noster utetur, felicior erit, firmamque magnitudinem faciet. Intelliget sic enim quomodo faciat, subditis carus, hostibus formidabilis, benignitate potens, potentiâ benignus. Destituant Solem sidera, quid poterit? graves sibi noctes esse tellus queretur. Rex propterea Rex est, quia solus non est, quia in regiminis subsidium Magnates & Sapientes assumit, quorum operâ & curâ, quæ interveniunt calamitates, sublevantur. Te nunc suspiciam, tamquam novum sidus, & Soli suo vicinum. Te parvum dicam Solem, à te Burgundiam tuam illustrari. Hoc lumine, quia & Litteræ fruentur, surgent ingenia, & Græcum aliquod sive Romanum sæculum molientur. Mihi inprimis suave erit, tuis virtuti-

tutibus, & sic laudibus stilum occupare. Ita vale, & quemadmodum mereris, ad summa conscende. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Mart. à quo nomen hic annus capit, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LVIII.

Bruxellam.

ALOYSIO *Comiti* STVFAE.

SChema cæleste, quia nugari me voluisti, inspexi, & expendi. Quid igitur? Si astris, sic quidem dispositis, fides, feliciter natus es. Luculenta inprimis matrimonii conditio promittitur, ridente Cupidinis matre: & in hunc nexum reliqui ferè Planetæ conspirant. Aliquid in itinere, nescio quo, infausti portendi, cauto dixerim. Præstabit igitur quietem amplecti. In malis etiam bona fortuna est, feliciter liberari. Nihil igitur Saturnus pote-

poterit. Ad summam, plus promittit cælum, quàm minatur. Sed tu ostendes, te à te pendere: fata hominum ab hominibus regi; in potestate autem Dei homines esse. Vale, illustrissime Vir, & me eum esse cense, qui parum Divinationibus istis tribuat: plurimum Virtutibus & Elegantiis tuis, dignis profectò, loco stellarum poni. Lovanii, in Arce, XVII. Kalendas Februarias, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LIX.

Antverpiam.

IACOBO ROELANTIO, *I. C.*

Penitus suo.

ANtverpiæ es? mi ROELANTI: cogita te in Virtutis urbe esse. In ædibus Patrui? propiùs non poteras Honestatem & Prudentiam intueri. Velim ipsemet Minervam nostram cum tali Mercurio com-

 mutare,

mutare, aut certè conjungere, ut Hermathenam habeam. Tu te dignum præsta urbe, in quâ natum esse, etiam gloriosum putes: dignum ædibus, quæ in uno viro tibi exhibent, quidquid ubique potes discere. Ingenium à te adfers, doctrinam quoque, & doctrinæ nomen. Magnis rebus aptus, non potes, non debes in vilibus, ac ne in mediocribus consistere. In omni vitâ & functione, quæ prima sunt, non possunt non molesta esse; aut si ingressu jucunda, in molestiam desinunt. Nónne dicere soleo, Optima, quamvis amara, usu & consuetudine Suavia fieri? Sed nolo in hanc sententiam plura. Munus tuum cum foro, cum curiâ, cum militiâ confer, & æstimabis. Vellent omnes sic caussas agere, sic judicia ac negotia tractare, sic pugnare. Vide quàm aptè illud tuum, QVOD SATIS EST, usurpes. Felix es,

si te intel[illegible] esse [illegible] feli-
cem [illegible] facere. Vale. [illegible]
in Arce, [illegible] Kal. [illegible]
XXVIII.

EPISTOLA LX.

Bruxellam.

IOANNI [illegible]

Bibliopolæ.

MAlebam, [illegible]
sine epistolâ, [illegible]
lam sine libro [illegible]
spondere [illegible]
cere [illegible]
veniâ dign[illegible]
bis quos [illegible]
vit, obvii non [illegible]
bliothecâ, [illegible]
decet, à [illegible]
nullos etiam [illegible]
quàm malos [illegible]
nuper ambi[illegible]
ctè conscrip[illegible]

EPISTOLA LV.

Mechliniam.

IOANNI STEPHANO PVTEANO,

Filio suo,

Societatis IESV.

EPistola tua, mi Fili, suavissima mihi tessera fuit, & pietatis, ut sic dicam, strena. Te sic animatum esse, ex intimo corde gaudeo, imò sic scribere. Quantò enim majori affectu Deum & divina colis, tantò mihi semper jucundius erit, à te amari. De meo affectu dubitare noli: in pectore te mecum circumfero, tuo exemplo fratres sororesque excitare ad pietatem soleo, te στέφανον, sive Coronam familiæ meæ dicere, postquàm in majorem adoptatus es. Ostendam verò, ubi à molestiis quibusdam (hæc vita nostra est) respiravero, quàm mihi nunc etiam curæ sis, & quàm te in sanctissimâ illâ Societate amem; sic magis

magis meum, cùm videri possis non esse. Sed de FAVSTO an audiisti? tuum sequi exemplum voluit, & spretis humanis votis, Deo adhærere. Quare non desertâ, sed mutatâ militiâ, Carmelitarum Nudipedum cœtui hîc Lovanii mancipatus est, & novo isto tirocinio lætus, non jam nos sinit mœstos esse; te verò etiam lætiorem faciet. IVSTVS Nuncio Apostolico, Archiepiscopo Compsano, ab Epistolis Latinis est: quo munere strenuè fungitur. MAXIMILIANVS mihi, & Litteris operam dat, incertus adhuc quodnam vitæ genus electurus sit. An militiæ? Quidquid erit, faciam ut scias. Mater vel maximè gaudet, te non corpore tantùm, sed animo benè valere. Sic perge, & pio otio strenuè fruere; cui me matrem, fratres, sorores faventes habes. Lovanii in Arce, III. Eidus Ianuarii CIↃ.IↃC.XXVIII.

EPI-

EPISTOLA LVI.

Lugdunum Bat.

DANIELI HEINSIO, *Equiti, Musarum Apollini.*

Epistola tua, Vir Magne, mera mihi voluptas fuit, & nova, ut sic dicam, vita. Ita me Deus, recepi animum, quia tuum tam constanter in me directum vidi, non tempore, non silentio labefactatum. Cùm litteras tractem, & earum te Solem habeam; non possum sine te nisi in nocte & tristitiâ versari. O suave igitur hoc mihi tanto intervallo lumen!. ô gaudium exoptatum! Tamquàm ad veteres delicias, & innocentissimæ amicitiæ libertatem redeam, lego quotidie quam misisti epistolam, & in eâ animi tui vultum contemplor. Felices, qui sapientissimis sermonibus tuis, omnisque doctrinæ miraculis coràm fruun-

fruuntur: vel miseri, si felicitatem suam non intelligunt. Nihil penitus eorum vidi, quæ hoc tibi biennio edita sunt: quò nunc avidiùs & Aristarchum, & Orationes novo incremento locupletatas expecto. Ego quid egerim? Scholæ & juventuti me dedi: quemadmodum Olympiades, breviter illustratæ, & hi simul Doctrinæ Politicæ Fontes judicabunt. Aphorismos proposui, quos explicarem, exemplum & ingenium tuum inprimis secutus, qui incredibili Suadâ ac paraphrasi primus efficere potuisti, ut Aristoteles, tot hactenus Explicationibus & Commentariis fatigatus, intelligeretur. Irruptiones meas Barbarorum augeo, & Commentariis illustro: quod opus, ut in volumen surgit, ita nostris hominibus, nihil nisi vastum æstimantibus, satisfaciet. Vale, & de me, tamquàm de verò Amico semper statue. Citiùs

enim

enim vivere desinam, quàm virtutem tuam, doctrinam, facundiam venerari. Lovanii, in Arce Palladis, III. Eid. Maii, ∞. IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LVII.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

MEam ego jam ferre fortunam possum, quia tuam novâ Rex dignitate grandire voluit: quemadmodum ex utroque Chiffletio tuo, nec minùs meo, intellexi. Sanè quantum ipsi gavisi sunt, tantum ego exilii, Virtutis ac Doctrinæ rationem haberi. Præeris igitur rebus Burgundicis Belgicisque; ostensurus non tam vires nobis hactenus, sed viros defuisse. Magna navis non multis tantùm, sed peritis manibus regenda est, quæ omnes uni capiti obediant. Sed Monarchiæ manus

manus consilia magis, quàm arma sunt: magisque pugnant, qui ingenium impendunt. Tuâ quia prudentiâ Rex noster utetur, felicior erit, firmamque magnitudinem faciet. Intelliget sic enim quomodo faciat, subditis carus, hostibus formidabilis, benignitate potens, potentiâ benignus. Destituant Solem sidera, quid poterit? graves sibi noctes esse tellus queretur. Rex propterea Rex est, quia solus non est, quia in regiminis subsidium Magnates & Sapientes assumit, quorum operâ & curâ, quæ interveniunt calamitates, sublevantur. Te nunc suspiciam, tamquam novum sidus, & Soli suo vicinum. Te parvum dicam Solem, à te Burgundiam tuam illustrari. Hoc lumine, quia & Litteræ fruentur, surgent ingenia, & Græcum aliquod sive Romanum sæculum molientur. Mihi inprimis suave erit, tuis vir-

tuti-

tutibus, & sic laudibus stilum occupare. Ita vale, & quemadmodum mereris, ad summa conscende. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Mart. à quo nomen hic annus capit, ꝏ. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LVIII.

Bruxellam.

ALOYSIO *Comiti* STVFAE.

SChema cæleste, quia nugari me voluisti, inspexi, & expendi. Quid igitur? Si astris, sic quidem dispositis, fides, feliciter natus es. Luculenta inprimis matrimonii conditio promittitur, ridente Cupidinis matre: & in hunc nexum reliqui ferè Planetæ conspirant. Aliquid in itinere, nescio quo, infausti portendi, cauto dixerim. Præstabit igitur quietem amplecti. In malis etiam bona fortuna est, feliciter liberari. Nihil igitur Saturnus pote-

poterit. Ad summam, plus promittit cælum, quàm minatur. Sed tu ostendes, te à te pendere: fata hominum ab hominibus regi; in potestate autem Dei homines esse. Vale, illustrissime Vir, & me eum esse cense, qui parum Divinationibus istis tribuat: plurimum Virtutibus & Elegantiis tuis, dignis profectò, loco stellarum poni. Lovanii, in Arce, XVII. Kalendas Februarias, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LIX.

Antverpiam.

IACOBO ROELANTIO, *I. C.*

Penitus suo.

ANtverpiæ es? mi ROELANTI: cogita te in Virtutis urbe esse. In ædibus Patrui? propiùs non poteras Honestatem & Prudentiam intueri. Velim ipsemet Minervam nostram cum tali Mercurio com-

mutare, aut certè conjungere, ut Hermathenam habeam. Tu te dignum præsta urbe, in quâ natum esse, etiam gloriosum putes: dignum ædibus, quæ in uno viro tibi exhibent, quidquid ubique potes discere. Ingenium à te adfers, doctrinam quoque, & doctrinæ nomen. Magnis rebus aptus, non potes, non debes in vilibus, ac ne in mediocribus consistere. In omni vitâ & functione, quæ prima sunt, non possunt non molesta esse; aut si ingressu jucunda, in molestiam desinunt. Nónne dicere soleo, Optima, quamvis amara, usu & consuetudine Suavia fieri? Sed nolo in hanc sententiam plura. Munus tuum cum foro, cum curiâ, cum militiâ confer, & æstimabis. Vellent omnes sic caussas agere, sic judicia ac negotia tractare, sic pugnare. Vide quàm aptè illud tuum, QVOD SATIS EST, usurpes. Felix es,

si te intelligis esse: me autem felicem amando facies. Vale. Lovanii, in Arce, v. Kal. Mart. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LX.

Bruxellam.

IOANNI REYNTIO,

Bibliopolæ.

MAlebam, mi REYNTI, librum sine epistolâ, quàm epistolam sine libro mittere; ideoque respondere distuli: nunc quia satisfacere utriusque desiderio non licet, veniâ dignus sũ. Scriptores hîc nobis quos Ecclesiæ censura damnavit, obvii non sunt, è meâ etiam Bibliothecâ, seriâ curâ eliminati. Ita decet, à cibis venena separare; cùm nullos etiam præstet libros legere, quàm malos: malos autem putem, nuper ambitiosè magis, quàm doctè conscriptos. Qui Antiquos ha-

bet, facilè carere nobis potest. Idem in nummis & vino solet evenire. Interdum tamen & novi & mali inspiciendi sunt, ut, si opus, queant confutari: Theologici à Theologis, alii ab aliis. Ego quia Litteras & Sapientiam colo, his etiam patior terminis studiorum meorum labores claudi. De Senecâ igitur rectè subjungis: tu eum vel conferes, vel mittes. Vale. Lovanii, in Arce, IX. Kal. Martii, CIↃ.IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LXI.

Aquas Sextias.

NICOLAO FABRICIO,

Peitrisci Toparcha,

Senatori Regio.

VIrtus tua, Nobilissime Vir, cujus olim Patavii semina admiratus sum, ad eam magnitudinem crevit, ut famam per oras etiam Belgicas sparserit. Tamquàm ubique

que

que luceas, coleris: à me potissimùm, qui cùm Litterarum studia publicè tractem, non me possum à laudibus tuis abstinere. Eas pleno etiam ore Doctissimus hic noster VVENDELINVS celebrat, suo ingenio, & tuo simul encomio clarus. Vir ille, inter miracula Belgica numerandus, meâ quoque testari manu voluit, quantum sanè studii gloriæ tuæ impensum eat. Scribo igitur: sed ne solâ epistolâ officiosus sim, adjungo librum, quo Olympiades omnes continentur: clariores fortassis, quia à PETAVIO recenter ad Aestatem retractæ. Tu de conatu meo, & vero Ludorum tempore judicabis. Ego quia Defensiunculam meditor, quidquid pro Autumno adhuc scripturus sum, tibi Elegantiarum & Antiquitatis Patrono inscripturus. Hac ratione, aliquid etiam ingenii mei tuum erit: reliqua autem scri-

pta, inprimis INDIGITAMENTA, quæ parata, familiaritatem tuam provocabunt. Vale, & cogita inter VVENDELINVM & Puteanum certamen esse, uter te magis colat. Lovanii, in Arce Regiâ, Prid. Kal. Mart. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXII.

Bruxellam.

CLAVDIO BALANSONIO,

Archiepiscopo Cæsariensi.

BEnè cum Litteris conatibusque meis agi puto, quibus tam impensè pro innatâ benignitate faves. Non petii, & promptum beneficium repperi: quod amplius est, quàm accipere. Nolo igitur, vel temporum, vel hominum conditionem accusare, quasi aut minùs Litteræ, aut conatus mei possint: ad felicitatem satis est, TIBI placuisse. Placuit filius, quia pater: sed

uterque

uterque obstrictus est, & uterque utriusque caussâ gratiam studet profiteri. Scripsit ad me Candidissimus CHIFFLETIVS meus, quomodò benevolentiæ velut sponte ad commoda nostra promovenda favor tuus proruperit: infelix tantùm, quia non satis tempestivè interpellatus. In vado nihilominùs vota sunt: non enim deerit jam filio Sacerdotium, cui tale patrocinium contigit: meum interim erit, exigere à Litteris conatibusque meis, quod Virtuti, & sic gloriæ tuæ consecretur. Huc omne ingenii peculium conferam, initurus cum eodem CHIFFLETIO meo consilia, quomodò conferam. Vale, & nominis tui jubar sine publicum esse, quod pio & prono animo totus veneror. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. April. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXIII.

Trajectum.

IOANNI RIVIO,

Theologo & Philologo Augustiniano.

QVia otium est, à sermone ad epistolam veniam, distinctiùs pleniusque scripturus, quæ obiter de Scholis nuper, & primæ ætatis institutione dixeram. Sed nónne hoc quoque desiderium tuum erat, legere, & quodammodò videre, quæ satis expendi non poterant, si tantùm audirentur? Lege igitur, & pro doctrinâ tuâ statue. An inveterata jam usu παιδαγωγία mutari possit: pro prudentiâ tuâ, quantum, & quousque. aliquid moribus & consuetudini, plus Litteris & bono publico tribuendum est: sed tuum examen hinc Litteræ, inde mores exspectant. Tuum, qui hâc in palæstrâ & pulvere non discen-

do

do tantùm, ſed & docendo exerceri ſoles. Diſcendo conſecutus, ut ſcias quomodò docere oporteat; docendo, quomodò diſcere. Sed de Linguâ hîc Latinâ agitur: quæ cùm præcipuum hodie artium ſcientiarumque in-ſtrumentum ſit, juventuti neceſſaria eſt; cùm ornamentum, maximè expolienda. Rudis ut plurimùm, moroſa ſemper; quia tot laboribus, tot ambagibus quæritur, ſterili interim ſtudiorum fructu. Per ſpinas ad flores eniti, per vepres ad frugem, arduum ac durum eſt. Digna ſaltem meliori methodo melior aliqua juventus erat, & à grege diſcentium eximi. Sed innovare quantæ molis eſt? Ut homines ſunt, mavult quiſque, erroris ſecurus, antecedentes ſequi, quàm viam eligere; non quà eundum eſt, ſed quà ſolet iri. Hinc igitur contabeſcunt difficili ſæpè diſciplinâ tenelli Nobilium puerorum animi,

& cùm in plebeio ſcholarum pulvere adoleſcunt, nihil generoſi ſpirant. Si minor Grammaticæ pompa eſſet, & per linguam potiùs ad præcepta, quàm per præcepta ad linguam iretur; compendium & temporis & laboris eſſet, ubi jam periodus, citraque laſſitudinem ad optatam tiro metam veſtigia & vota proferret. Nunc uno idiomate exhauritur indoles, & ad artes deinde tarda eſt: vileſcit autem quidquid tanto ætatis diſpendio conſtat. Quis ad prudentiam, ſapientiam, cognitionem ſui venit? Quis dignas generoſiore ſtirpe artes inſpicit pacis & belli? Quis veteres ſibi Græcos aut Romanos proponit, Litterarum auxilio & fortes & felices? Nobilis, & Reipublicæ Militiæque victurus puer, niſi Ethicis & Politicis inſtructus ſit præceptis, niſi Hiſtoriam ac Matheſin calleat, fruſtrà mihi Latinus erit, fruſtrà

quæ

quæ hodie poſt Latinitatem tradi ſolent, percurret. Linguam igitur diſcat, ſed compendio, ut ad res arteſque transferatur. Hoc compendium uſu definio, & biennio uno concludo; ut breviſſimo deinde tempore Scientiæ, ſed Nobilitati profuturæ, addiſcantur. Romanos & tot gentes reſpicio, quæ Romanum olim ſermonem aſſumpſerunt. Erat Lingua, priuſquàm Grammatica eſſet; difficilis, poſtquàm tormenta iſta acceſſere. Cùm ſola conſuetudo peritiam gigneret, doctiſſimi ac facundiſſimi erant viri: Ars accedebat; ornamento, non oneri erat. Poſtquàm Linguæ regnum præcepta ſibi vendicarunt, loqui difficile fuit. Fateor arte opus aliquando fuiſſe, ut ſemel extincta ad vitam lingua revocaretur: ſed quia viventem poſtliminio habemus, cur tamquàm mortuam quærimus? cur paratâ jam viâ per anfra-

fractus discurrimus? Error est, & ævi nostri scholas passim trahit. Periculum mehercle erat, ne Gymnasia torperent, ne Academiæ caderent, ne Scholæ silerent, si tot regulæ, tot cruces, tot ambages Grammaticorum intermitterentur. Ego sic existimo, omnes ejusdem genii linguas esse, omnes usu constitui, usu addisci. Auxilia tamen præceptorum non rejiciam, si auxilia sint; si fulcra, non onera. Matrem sermo Naturam, Nutricem Consuetudinem habet. Sic pueri infantes esse desinunt, sic viri loquuntur, qui non omnes tamen Litteras discunt. Quam primâ quisque ætate haurit linguam, paullatim perficit, & vernaculam habet: Germanus Germanicam, Gallus Gallicam, Hispanus Hispanicam, Sarmata Sarmaticam, Scytha Scythicam. Quid etiam? Sic advenæ esse peregrini desinunt; sic audent

audent aliqui in angulo Orbis nati, omnium linguis loqui. Sed qui discere omnes poteſt, unam cur Latinam non poſſit? An quia difficilis eſt? at difficilior aut Germanica, aut Sarmatica, aut Scythica. Sanè uſu Latinam hauriri, exemplum Michaëlis Montani nuper oſtendit, qui libro ſuo Speciminum ſeveriſſimè hanc rem diſputat. Sed quia & ego id egi, nunc parco. Satis etiam iſta, ut quæ dixeram, in memoriam revoces rumineſque, tuo omnia judicio definienda. Formam etiam aliquam novæ hujus inſtitutionis per capita ſua deſignavi, quam coràm oſtendam. Nunc ſalve, & qui ſacra tractas ſtudia, hæc amœniora, & ſine quibus illa non conſtant, amare perge.

EPI-

EPISTOLA LXIV.

Bruxellam.

ALPHONSO CVEVIO,

S.R.E. Cardinali.

PRomiſſi mei memor, librum, quem à me non potui, ab Amico acceptum mitto. Librum pretio exiguum, titulo magnum, cùm Imperia omnia, Regna, Reſpublicas complectatur. Sed ita me Amicus ille amat, ita nomen tuum non minùs doctrinâ quàm ſtirpe inclytum, ſuſpicit ac colit; ut vel dare voluerit munus, quod ego mitterem; vel mittere potiùs, quod ego darem. Hoc modo uterque liberales ſumus, & neuter: ut, ſi gratiam referre velis, poſſis negligere. Cur velis verò? debemus, quidquid mittere, quidquid dare auſi ſumus; vel propterea, quia auſi. Quædam hæc fortaſſis, & nimia etiam familiari-

ras ſit:ſed ne peccet, à Purpurâ tuâ ad Eruditionem refugiet; ut quantum perſtringi luce dignitatis poſſit, tantum favore Litterarum recreetur. Cæterùm, ſi non minùs ingenio, quàm auro vel argento æſtimanda munera ſunt, potero & dives deinceps, & liberalis eſſe; invenire præter Imperia, Regna, Reſpublicas, quod nóvâ à nupero incendio Bibliothecâ tuâ dignum ſit, aut quod eâ dignum Humanitas tua faciat. Hanc ſanè & propinquus meus LOMMIVS niveo candore agnoſcit, imò veneratur; qui me commendante, voti ſui compos, è ruinâ, ut ſpero, fortunarum emerſurus eſt, ut benè rurſus de Rege mereàtur. Aequam verò cauſſam ejus eſſe, univerſa clamat Patria: meum certè erat, nonniſi æquam commendare. Vale. Lovanii, in Arce, VIII. Eid. Maii, ∞. IↃC. XXVIII.

EPI-

EPISTOLA LXV.

Binchium.

CAROLO DVCI AVMALIO.

ÆStuat nescio quo ardore animus, Excellentissime Heros, nec jam contineri potest, quin se explicet. Etenim virtutes tuas, & divinam illam humanitatem tacito hactenus cultu suspexi: nunc quia filius hic meus Binchium proficiscitur, mittere epistolam ausus sum; & ut ea aliquid ponderis acciperet, libellum hunc adjeci. Scribo, cùm loqui etiam mallem, & coràm pectoris penetralia reserare. Munusculum verò an tanti sit, equidem dubito, nisi argumento excusetur. Politicum est, & ex Aristotele sumptum; qui cùm ad Alexandrum sua pleraque miserit, nomine ac virtute Magnum; tuam ego venerabor magnitudinem, si meo stilo,

ſtilo, Ariſtotelis ingenio adumbrata Reipublicæ fundamenta ac principia offeram. Cape igitur epiſtolam, velut animi indicem: munuſculum, epiſtolę pretium; & me permitte virtutum tuarum cauſsâ audacem eſſe. Has ut amare & admirari tacitus cœpi: illa publicè colam & venerabor. Sanè familiariùs innotuiſſe, magnum ſtudiorum meorum incrementum erit. Vale, & vive. Lovanii, in Arce, Prid. Eid. Junii, ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXVI.

Bruxellam.

IOANNI AVGEMIO,

Ordinis Auguſtiniani per Provinciam Belgicam ſummo Præfecto.

LIceat te mihi, quem reverenter colo, familiariter interpellare: liceat, inquam, petere à Capite beneficium, quod in novum Sanctiſ-

 ſimi

simi Corporis membrum derivetur. Pro affectu meo in Monasterium hoc Lovaniense ago, & pro F. IOANNE AERTSIO audeo intercedere. Is studiorum & simul linguæ caussâ in Galliam, & Tolosam anhelat; non aliam sibi præfigens metam, quàm ut doctior meliorque ad suos redeat, & uberiorem pietatis fructum Ordini persolvat. Scio non promiscuè hanc omnibus gratiam concedi; interdum cum periculo aliquo morum conjunctam esse: sed augebit difficultas beneficii pretium, quod peto, ampliùs sic quidem debiturus: ille verò ita animatus est, ut non proficisci malit, quàm cum laude non reverti. Religiosum se meminit, & servandum ubique, quam professus est, animi integritatem. Cogitabit quoque, quia à me commendatus, de meâ hîc simul fide agi, qui tam severè ab eo rationem morum exacturus

acturus sum, quàm nunc votis ejus studiisque consultum eo. Te igitur adeo, & rogo, ut quemadmodum familiariter interpellare ausus sum: ita huic non minus studioso quàm Religioso juveni, acceptâ à benignitate tuâ itineris tesserâ, liceat proficisci. Tamquàm in me redundet beneficium, æstimaturus sum: & affectum omnem, de quo dixi, in officium commutabo. Vale. Lovanii, in Arce, Nonis Junii. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXVII.

Alnum.

EDMVNDO IVVENTIO

Abbati Alnensi.

NOvus virtutum tuarum cultor adsum, & obsequium offero, quod solius ingenii modulo, & eruditionis adminiculo sustentatur. Litteras tracto, sed à pietate nequa-

quam abeuntes: tua autem in eo ſudat religioſa induſtria, ut pietatem etiam litteris promoveas. O felix ἀσκητήριον, cui Preſul tam beati animi contigit, non caſu datus, ſed à Deo electus ad univerſam diſciplinæ rationem ſanctè & ſimul generosè conſtituendam! Quid egeris, & agas ſcio; optimiſque & conſiliis & molitionibus applaudo: quarum jam non poteſt fama ignorari. Quia Bibliothecam tamquàm animorum officinam cenſes, & egregiâ curâ inſtruis, è meo auſim cenſu paucos hos libellos promere, qui quidem jam ad manum erant, & doctiſſimum, ut ſic dicam, Mercurii acervum paucis vilibuſque lapillis religiosè augere. Admitte pro benignitate tuâ mittentis affectum, & cùm locum in bibliothecâ libris quoque meis facies, animum mihi tuum laxa; cùm præcipuè MIRACVLA DIVÆ ASPRICOLLIS leges, de

de illis tibi vicinis celebrandis cogitabis. Vale, & à novo veroque virtutum tuarum cultore Salve.

EPISTOLA LXVIII.

Bruxellam.

ÆRARII SANCTIORIS PRÆFECTIS.

ITerum ad benignitatem vestram accedit Frater meus: iterum fratrem meis ego litteris comitor. Dignus favore est, qui ut bonum pararet nomen, rem augere Regiam in difficillimo munere conatus est, ab omnibus fraudibus, sordibus, corruptelis, & quidquid reprehendi potest, alienissimus. Remitti sibi, imò tempori quatuor florenorum millia, à nautis adhuc debita, postulat, qui præter solitum annuamque viginti millium collectionem, biennio uno paucisque mensibus nonaginta duo millia confecit, &

in Aerarium sanctissimâ fide intulit. Breve spatium est, grande incrementum: id si casui magis, quàm industriæ ejus adscribunt, qui sinistram Relationem misêre, innocentiæ graves sunt. Egit quod ab homine agi potuit; illi tamen ut rationum summam accusarent, steriles & extra terminum menses callidè adjecerunt. Hoc scimus: hinc etiam reliqua quæ perscripta sunt conjicimus. Non debuit fortassis Regis periculo Nautis Collector credere, & reliquator ipse fieri. Sed claudendo commercia in se periculum, adeoque damnum Rex transtulit. Nullâ enim ratione poterant sine creditâ fide commercia subsistere, quemadmodum res ipsa docet. Tenuioris ferè homines fortunæ sunt, qui Mosam navigant: magnæ summæ sunt, quæ Venlonæ Regi persolvuntur; nec confici possent, nisi mercibus evectis & distractis.

ctis. Accedit pecuniæ damnum, quę nisi commutetur, etiam præter vectigalia onus est. Non potuit, profectò non debuit frater inveteratam Venlonæ consuetudinem immutare; hanc ipsam verò necessitas fecerat. Si omnia dicam, prolixus sim, & ut gratiam impetremus, pauca sufficiunt. Aequitas se commendat, æquitati innocentia conjuncta est, & prudentissimam benignitatem vestram sibi propitiam pollicetur. Cogitate nonaginta duo millia (hoc incremento vectigalia surrexêre) ad octoginta octo redigi. Cogitate quatuor millium damno, non damno, tantam summam (quam nemo deinceps nisi credat, fratrisque simul industriam sequatur, collecturus est) constare. Totam hanc quoque muneris administrationi brevitas temporis sterilem fratri facit, si facti sumptus computentur: unde ne de suo co-

gatur solvere, quod interclusa flumina abruperunt, creditorum aliis mortuis, aliis ad paupertatem redactis, aliis vel in alieno, vel etiam hostili solo degentibus, intercedo. Hæc gratia grave à fratre damnum, præmia promerito avertet; nominis famam, quæ & me tangit, conservabit. Ita valete, vivite, & feliciter Thesauros Regios administrate. Bruxellæ, VI. Kal. Sextil. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXIX.

Huyum.

AUGUSTINO NEÆRIO,

Ordinis Cruciferorum Summo Præfecto.

NEscio quomodò satis tam benevolum in me affectum æstimem, illum cum summâ pietate coniunctum. Amari, jucundum est; æterno Numini commendari, salutare.

lutare. Ego ut amari dignus ſim, & commendari merear, non deſinam, quantum in me erit, commoda Ordinis, quæ ſcholarum inprimis efflorescente vigore continentur, promovere. Ipſe me Ordo peculiariter ſibi obſtringet, ſi jugi perget curâ & patrocinio ſcholas, & ſurgentia in iis ingenia complecti. Aliquid Præceptoribus tribuendum eſt, ut faciliùs ſtudiorum labores tolerent, & juventuti ſe impendant: ita enim uberiores deinde fructus erunt expectandi. Vale, & perge, ut ſcribis, amare me, perge Numini commendare. Lovanii, in Arce, XI. Kal. Julii. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXX.

Bruxellam.

ENGELBERTO MASIO,
Consilii Sanctioris Praesidi.

AFfectu non privato, sed publico trahor, ut in mutatione Magistratûs Lovaniensis, quæ instat, tuam audeam auctoritatem interpellare. Inter alios jam Iudices Curiæ, è populo denominatos, intelligo JOANNEM VRENXIVM esse; virum, si quis alius, verè probum, pium, prudentem, & ex honestioribus. Mercaturam lanę confectæ & contextæ exercet, uxorem & liberos habet, & ad exemplum vivit: fortunis commodus, ætate medius, vitâ moribusque dignitatem civis repræsentans. Omnino scio è re Civitatis esse, hunc assumi; quem, ut ego taceam, ipsa virtus commendat: imò scio hunc

præ-

præcipuè bonorum omnium votis expeti. Tuus omnis favor, quia in eos tantùm dirigitur, qui Republicâ digni sunt, non sinet commendationis meæ candorem frustrà esse. Et ut affectum meum æstimes, dixi, non privatum, sed publicum esse. Privatim novi virum, publicè amo. Novi, qualem jam descripsi, bonum: in bonum autem Benignitas tua inclinabit. Ita vive, & vale. Lovanii, in Arce, XII. Kal. Quinctil. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXXI.

Antverpiam.

BALTHASARI MORETO, PLANTINIANO, *V. C.*

NEfas putavi, filium meum JVSTVM sine litteris ad te meis proficisci. Quid scriberem tamen, nisi quod ille dicturus erat? singulari me Humanitati tuæ debere.

Sæ-

piùs, ita me Deus, & domum tuam, & officinam, & librorum thesauros cogito, quibus & domus, & officinâ instructa & ornata est: & te omnibus istis generosâ mente parem, imò majorem. Alii aliunde advecta ingenii monumenta possident: in tuâ quidquid domo & officinâ est, vernaculum est, & admirabili nitore atque ordine asservatur. Habes à te, quidquid alii à se & aliis; & regere fortunam æternitate nominis videris. Illam industriæ obnoxiam reddidisti: hanc cùm donas viris librisque Doctis, tibi maximè vindicas: quippe qui multum semper ab ingenio tuo & eruditione accipiunt. Sed hæc non ad te, sed ad alios magis de te scribēda sunt: ut proinde alia dici à filio velim. Summa est, singulari me Humanitati tuæ debere. Vale, & me ama. Lovanii, in Arce, XI. Kal. Quinctil. CIↃ. IↃC. XXVIII. Characteres

ćteres illos Græcos ut laboribus meis, ſed meis, indulgeas rogo.

EPISTOLA LXXII.

Bruxellam.

FERDINANDO D'ANDELOTIO,
Aulæ Præfecto.

FAcilè dari munus, liberalitas tua nuper oſtendit: facilè admitti, mea nunc verecundia agnoſcit. Quid præſtiti, niſi quòd heroicis virtutibus tuis inclytæque ſtirpi debetur? Accepi verò donum, quod inter ſcyphos decumanum eſt, in deliciis mihi, quoties genium cum amicis oblectabo, futurum. Jam ſaluti tuæ vinum libavi, & à ſplendente metallo ſuavius eſſe confeſſus ſum. Auri, an Argenti lumen video? Sed ingenium tuum non niſi aurum eſt, mens tua nonniſi radiatio, ſors tua nonniſi gloria, qui cùm Majorum laudem generosâ

nerosâ vitâ exprimas, dedisti filios, quos virtutis ardor jam inter Majores, & semper cum heroïbus victuros, collocavit. Atque hoc est uno nomine non unam provinciam occupare: hoc est, è filiis rursùs patrem nasci, qui à se æternus est. Fruere nunc eorum famâ, quia vitâ longiori non licuit; & quos amisisti, in uno te puta LVDOVICO superstite habere. Hic ille erit, qui familiam extendet, qui te posteris tuasque virtutes repræsentabit, qui me præconem familiæ virtutumque tuarum sentiet. Ita quod Epitaphio non potui, Encomio præstabo. Vale & vive. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Majas, ∞. IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LXXIII.

Bruxellam.

IVSTO BLITTERSWYCKIO, *V.N.*

Sanctioris Aerarii Fiscali.

FAmiliaritatis nescio quâ fiduciâ accedo, ut SEGERVM LOMMIVM, popularem & propinquum meum commendare tibi, ad iter Sicambricum jam accincto, audeam: debeam bonum, & bonâ caussâ nitentem. Illum nosce, & caussæ scio favebis: hanc nosce, & virum tuo censebis favore dignum. A Præfecto fossæ Marianæ stipulatione jussus trabium quantum satis esset, in novum opus comparare & advehere; magno sumptu comparavit, & advexit: quia paucæ, & infra numerum præscriptum, occupatæ sunt, ratione contractûs justissima nunc petitio instituitur: Ut reliquas distrahere in vicinis, ac neu-

neutrarum partium locis liceat; quemadmodum emptores bonâ fide parati sunt. Quod igitur rogo beneficium, tempore potissimùm continetur. Nam sicuti res ipsa difficultatem non habet; ita si brevi absolvatur, extra majus damnum venditorem constituet. Quidni verò brevi? tuo & Amplissimi Masii examini commissa est: qui tecum in Viro caussam, in causâ Virum respiciet, ab illo tecum benignitatis laudem, ab hac æquitatis relaturus. Vale, feliciter proficiscere, & cum gaudio, hac tam bellâ occasione, Nobilissimos Majorum tuorum penates revise. Lovanii, in Arce, VI. Eid. Junii. CIↃ.IↃC.XXVIII.

EPI-

EPISTOLA LXXIV.

LAMIRALDO *Comiti* EGMONDANO.

NEscio, fortunam meam, an verecundiam accusare debeam, an potius utramque; quarum altera cultum meum voluit tacitum esse, altera non sivit ad virtutum tuarum familiaritatem progredi. Nunc, ut felicior essem, animum sumpsi, Nobili viro & amico huic meo obsecutus: qui inter reliquas laudes, singularem Humanitatem tuam efferre non desinebat. Intelligere poteram, magno apud te loco Litterarum elegantias esse, quia scriptiuncula aliqua mea nuper æstimata est: in quâ nihil nisi extemporalis erga Amicum affectus commendari poterat. Ab amico igitur ad te Magnatem venio; ut tuæ gloriæ, siquid in me est ingenii,

neutrarum partium locis liceat; quemadmodum emptores bonâ fide parati sunt. Quod igitur rogo beneficium, tempore potissimùm continetur. Nam sicuti res ipsa difficultatem non habet; ita si brevi absolvatur, extra majus damnum venditorem constituet. Quidni verò brevi? tuo & Amplissimi MASII examini commissa est: qui tecum in Viro caussam, in caussâ Virum respiciet, ab illo tecum benignitatis laudem, ab hac æquitatis relaturus. Vale, feliciter proficiscere, & cum gaudio, hac tam bellâ occasione, Nobilissimos Majorum tuorum penates revise. Lovanii, in Arce, VI. Eid. Junii. CIↃ.IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LXXIV.

LAMIRALDO *Comiti* EGMONDANO.

NEscio, fortunam meam, an verecundiam accusare debeam, an potius utramque; quarum altera cultum meum voluit tacitum esse; altera non sivit ad virtutum tuarum familiaritatem progredi. Nunc, ut felicior essem, animum sumpsi, Nobili viro & amico huic meo obsecutus: qui inter reliquas laudes; singularem Humanitatem tuam efferre non desinebat. Intelligere poteram, magno apud te loco Litterarum elegantias esse, quia scriptiuncula aliqua mea nuper æstimata est: in quâ nihil nisi extemporalis erga Amicum affectus commendari poterat. Ab amico igitur ad te Magnatem venio; ut tuæ gloriæ, siquid in me est ingenii,

ſiquid eruditionis, mancipem. Quo quidem in heroica nomina & facta deſiderio ferar, hic MEDICÆUS meus, quem mitto, oſtendet: non aliam ob cauſſam à me ſcriptus, quàm ut minori in exemplo experirer, an hiſtoriæ par eſſem. Non jam extra Belgium quæram ſidera, cùm tuæ tuorumque hic Virtutes luceant, & æternitatem mereantur. Quid dicam? Indulge favorem tuum; & qui unus inter paucos intelligis quid Litteræ ſint, eas permitte tuas eſſe, & me tuum patrocinii benignitate conſeri. Magnus ero, ſi ingenium tibi meum ſacravero: clarus ero, ſi poſteri aliquando ſcient, tuas à me virtutes cultas eſſe. Ita nec fortunam ipſe meam, nec verecundiam accuſabo. Vale, Lovanii, in Arce Regiâ, IV. Eid. Junii. ∞. IↃC. XXVIII.

EPI-

EPISTOLA LXXV.

Bruxellam.

PETRO ROSÆ,

Consiliario Regio, posteà Præsidi.

QVia non minor Humanitas tua est, quàm Prudentia, non intelligis tantùm LOMMII, Amici & Propinqui mei, negotium æquitate niti, sed promotum cupis. Non igitur excusabo libertatem meam: audet epistola, quod nuper sermo, tuumque adhuc auxilium implorat. Post difficultatẽ superatam mora velut difficultas est, damnumque sumptu cumulat. Faciet Prudentia tua, ut voti compos fiat, qui favore dignus est: faciet Humanitas, ut quemadmodum sermo meus ingratus non fuit, ita epistola placeat: quam lætiori & amœniori argumento commutaturus, ab alienis ad mea, à negotiis ad studia veniam.

niam. Vale. Lovanii, in Arce, subitò cùm vir iste (Venlonâ missus est) veniret, simul & abiret, XVI. Kal. Septemb. ∞.IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LXXVI.

Leodium.

ALOYSIO CARAFÆ,

Nuncio Apostolico, Episcopo Tricaricensi.

INnotescere audeo, & offerre cultum, ut affectum stipuler. Occasio quoque trahit; caussa, inquam, amici & propinqui mei, quæ in sacro tribunali tuo agitur. Caussa, ut mihi nota est, æquissima; sed variis adversariorum technis oppugnata, & in longum tracta. Propinquus ille meus, IACOBUS CLOCKERUS est, civis Aquisgranensis: qui profectò nisi summo jure niteretur, pati damnum mallet, quàm litigare; cedere adversariis, quàm mole-

stiam

ſtiam juſtiſſimę auctoritati tuæ exhibere. Hunc igitur virum, & hanc cauſſam commendo, ignotus ut innoteſcam; omnia nomini tuo & dignitati deferens, ut tamen debeam. Debebo, quia ignotus non ero: & gloriabor de benigno affectu tuo, ſi quid favoris Propinquus meus accipiet. Id enim æquitati tribuetur. Vale, & repentinam ſcriptionem excuſa, quam feſtinans & exſpectans tabellarius exegit. Lovanii, Prid. Eid. Septemb. ꝏ. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXXVII.

Mediolanum.

IOANNI MARIÆ VICECOMITI, *Marchioni.*

INter ampliſſimæ Urbis ſidera tua te Virtus & Doctrina conſpicuum faciunt: raræ dotes, quia non à puero ſemper aſſumuntur. Aetas tua,

adhuc tenella, disciplinæ patiens fuit, & in ipso flore fructuum potuit ubertatem dare. Hanc nunc gloria sequitur, & ad Majorum te æternitatem rapit. Illi armis inclyti sunt: tu ingenio tibi nomen addis; mansurum, quamdiu inter homines animus corpore præstantior æstimabitur. Scire, quàm pugnare melius est: faciunt autem Litteræ, ut quomodò pugnandum sit, scias. Quid etiam? vincere seipsum, quam alios, gloriosius est: sed arma, quæ in seipsum quisque sumit, Litteræ sunt, & Sapientiam continent. His aliquando pugnavit Socrates, & miles fuit; Epaminondas, & Philosophus fuit: quorum ille, ut omnia vinceret, mortem contempsit; hic mori maluit, quàm vivere, cùm suis sic tamen victoriam daret. O pulchra pugna! non moritur Socrates, qui sic desiit: non desiniit Epaminondas, qui sic mortuus est.

Quid

Quid dicam, nisi Antiquitatem redire? in tuâ video stirpe Socrates, video Epaminondas, video in te plenâ stirpem laude innovari. Principatum apud Mediolanenses gessere Majores tui; & nunc te Litterarum agnoscunt Principem, quotquot apud Mediolanenses nomen audent extollere, & Docti appellantur. Ego licet vix ullum inter tam Illustres locum occupem; velim tamen inter cives tuos etiam absens censeri, ut tuo ductu animosus, tuoque auspicio felix, non sterilem Historiæ à me cœptæ operam impendam. Etiam Vicecomites suo tempore dicendi erunt, ac tum in laudes propriè tuas Illus excurret. Nunc quæ scribo, in examen veniunt, ac tuum nihilominus sibi favorem pollicentur. Scribo, quæ vetusta sunt, & cincta Barbarie tempora explico; ut ad recentiora & cultiora veniam, quæ tuæ

virtutis & Doctrinæ face illustria erunt; licet bellis iterum & calamitatibus obscurentur. Quantum vir unus potest! Sed inter sidera Urbis tuæ te conspicuum dixi; hoc satis est. Te meum sidus, meumque lumen deinceps appellabo. Vale, vive, & Historiæ fave. Lovanii, in Arce, IV. Eid. Novembr. ∞. IϽC. XXVIII.

EPISTOLA LXXVIII.

Bethasios.

GODEFRIDO VVENDELINO, *V.C.*

Doctrina Cœlestis Atlanti.

BRuxellâ reversus, quæ in Solenni, de quo scribebas, convivio dicta erant, intellexi. Non poterant scilicet suaves epulæ esse, nisi calumnia condimentum faceret, & nomen simul utriusque nostrûm morderetur? Homo Litteris elegantiisque omnibus infestus, animi

animi virus inter pocula evomuit. Caussa & occasio DILUVIUM fuit: tamquàm hoc mihi argumentum, quod tuum est, & à te pertractatum, vindicem. Candidè: non capit puteus Mundi aquas. Si quis mortalium est, qui te amat, famæque tuæ & fortunæ consultum cupit, is ego sum, & esse me glorior. Quis majori desiderio lucem pulcherrimæ huic Scriptioni flagitavit? quis uberiori laude ubique eam extulit? Aut fallor, aut amicitiam nostram homines aliqui ferre non possunt: qui livore ebrii, cùm tuum impediant nomen, meum quoque conantur lædere. E scyphis igitur DILUVIUM effuderunt, ut mergerer, vel in ludibrium natarem. O voces! sed quorsum repeto? Tu ostendes vanas & furiosas esse, vel certè temulentas. Intellexerat nugivendus ille, de Exustione & Diluvione mundi Disser-

tationem publicè instituisse me; monendum igitur te censuit, Cavetes, ac mox produceres quæ scripta, & excudi cœpta sunt, ne à me præoccuparentur. Et quorsum hæc omnia, nisi ut candori meo notam impingeret, amicitiæ verò nostræ sacramentum labefactaret? Nescit profectò quid à te scriptum sit; nescit quid à me dictum. Tuum opus luculentum & admirandum est, in quo videbunt Docti, quid humanum ingenium possit; cum summum est; quid Mathesis, litteris, linguis, elegantiis instructa. Dissertatiuncula mea, nil nisi explicatio Censorini fuit, qui, ut nosti, capite XVIII. anni Maximi hiemem, sive κατακλυσμὸν, & Aestatem sive ἐκπύρωσιν proponit. Ad hanc rem quæ pertinere visa sunt, in medium attuli: quemadmodum nonnulla etiam LIPSIVS noster lib. II. Physiologiæ Stoicæ annotavit. Inspexeram

ram Platonem, Aristotelem, Ciceronem, Firmicum, Macrobium, & præcipuè Senecam, qui omnes obvii sunt. Sed Senecæ locum exprimo, lib. 3. Natural. Quæstionum, ut suppleam: *In his fuit inundatio, quæ non secùs quàm hiems, quàm æstas lege mundi venit*. Pleniùs certè: *Inundatio, quæ non secùs quàm hiems, & Conflagratio, quæ ut æstas lege mundi venit*. Quid igitur est? Nescivit Barbarus, ad sordes quasi natus, Maximum, sive Mundanum annum esse, quem solis & lunæ vagarumque quinque stellarum orbes conficiant: nescivit, hiemem summam illius anni κατακλυσμὸν, æstatem autem ἐκπύρωσιν esse: denique nescivit, hæc à Censorino arcana tradi, quem tuo ego consilio & suasu explicandum publicè sumpseram. Me herclè, ut argumentum hoc est, multa de fœtu & utero dixi: poterat ergo, qui in Medicinâ principa-
rum

tum quemdam, usurpat, contemptor aliorum, aliquid sibi præceptum queri; nisi sciret tamen, me ab insanis, ne dicam impiis Paradoxis alienum esse. Sed non sum Medicus, Censorinum tamen explicare possum: Censorinum explico, nomen tamen meum inter Mathematicos nolo profiteri. Hoc tuum est, qui unus admirabili scientiâ effecisti, ut se mundus post quinque annorum millia intellecturus sit, hactenus non aquis, sed ignorantiâ mersus; quam depulsam esse, tuæ mortales industriæ debebunt, & acceptum referent. Satis ista: te exspecto, ut quæ scribenda adhuc erant, dicam. Ubi veneris, capita, imò consilia conferemus. Vale, & neminem esse cogita, qui te magis amet, æstimet, colat. Lovanii in Arce, xv. Kal. Novembr. ∞. IↃC. XXVIII.

EPI-

EPISTOLA LXXIX.

Antverpiam.

AVBERTO MIRÆO, *V.C.*

In Summo templo Decano.

DE tertio Diplomatum volumine volupe fuit intelligere. Erit is thesaurus rerum nostrarum, & Antiquitatum; à se pretiosus, à tuo etiam nomine clarus. Cum Antistite nostro egi, sed prono & prompto. Non modio aut trimodio, sed toto velit horreo opem admetiri. Nunc liberalitatem ejus nescio quæ fortuna, aut potius improbitas intercedit. Codex ille, in quo Monasterii monumenta erant, domi non reperitur. Ergóne ejusmodi homines, non homines inter homines agunt, qui ut publicè noceant, privatim impii sunt, & alienam lucem suis tenebris involvunt? Memoriam tam sanctam ac veneran-

venerandam supprimere & extinguere, novum homicidii genus est: vivere enim hac improbitate & virtutes, inprimis munificentia Principum desinit. Perge tu verò, & age quod agis: ne toti moriantur, qui liberalitate solâ post plures etiam ætates superstites sunt, industriâ tuâ efficies. Ego quiescenti similis, maximè nunc occupor. Varia in manibus sunt, nonnulla sub prælo, sed lento. Commentarii mei Insubrici vix etiam ad librum quintum perducti sunt. In quibus facem Barbarici temporis videbis. Bivium vitę humanæ defectus characterum Græcorum hactenus impedivit. Ac fortassis Nundinas Romanas præmittam, quæ aliquam Antiquitatis partem cōtinent, hactenus ignoratam. Sed hæc privata sunt: publica utinam pace magis quàm armis componantur! illâ opus esse, clausa nunc commercia osten-

ostendunt. Vale, Lovanii, in Arce, VI. Kal. Decemb. ∞. IↃC. XXVIII.

EPISTOLA LXXX.

FAVSTO A S. MARIA PVTEANO,

Filio suo, Ordinis Excalceatorum.

NIhil mihi jucundius, quàm litteras, & in iis animum tuum pium & constantem videre, & in Sanctâ paupertate lætum. Non è divitiis hanc felicitatem capiunt, qui semper cupiditate suâ torquentur: non è deliciis hanc voluptatem, qui fluxis malunt, quàm æternis adhærere. Paucis omnino datum, intelligere vera hominis bona, & simul capessere; aliqui etiam intelligunt, & negligunt; quorum pejor conditio est. Tuæ jam cogitationes suavissimâ austeritate circumvallatæ sunt, & tota, quam agis vitam, innocentia potest appellari. Hoc profectò est, Deum sequi;

qui; hoc est, animum extra mortis timorem collocare. Mugiat cælum, inhorrescant elementa, quid ad te? In iis versaris castris, ubi bellum sibi quisq; indixit, ubi triumphant omnes, si affectus vicerint. Militiam deseruisti; sed hîc magis pugnandum est. Arma, opera sunt; sed charitatis, pietatis, sanctitatis; ut quod hominis est, magis magisque eruas; quod Dei est, assumas. Hæc vera & Religiosa μεταμόρφωσις est: quâ Amita tua CHRISTINA cælum meruit, jam, si nescis, à mortalium numero separata, inter mentes æthereas agens. Ita est; vivere desiit; imò verò, ut rectius dicam, cœpit. Non possum excludere dolorem, & majores tamen gaudii caussæ sunt, quo jam ipsa fruitur, à laboribus sanctissimis, ad præmia æternitatis evecta. Mi Fili, exemplum habes, quod sequaris: ostendit CHRISTINA, quid sit verè TE-

RESAM

RESAM exprimere; te ad TERESAM CHRISTINA ipsa ducit, tantò quidem tibi deinceps propinquior, quantò viciniorem Deo intelliges. Ubique est, quæ cum Deo est; præsens est, quæ in cælo est: hoc enim domicilium Dei appellatur. In Sarmatiâ vixit, in cælo æterna est; istuc non nisi longo intervallo litteræ nostræ ferebantur: huc etiam cogitationes momento ascendunt, & piæ velut litteræ sunt, in conspectu semper Numinis legendæ. Pro pietate suâ propitium nobis bona virgo Numen faciet, & tibi peculiari favore aderit, ut strenuus in castris his Sanctissimis miles sis, & pro nomine omnia exsequaris. Idem voveo, & te meum magis scribo, quia meus non es. Tuus enim ego semper ero, & quo debeo affectu parens. Lovanii, in Arce, Postrid. Eid. Decemb. ∞. IϽC. XXVIII.

EPISTOLA LXXXI.

Bruxellam.

FRANCISCO KINSCHOTIO,
Equiti, Supremo Belgicæ Thesaurario.

QVis neget? publicè privatimque satis miseriæ est. Quis finis, nisi ad pacem tandem veniamus? Hostes videntur aut vires quotidie aut animos bello sumere, & quia fortuna favet, famam victoriæ etiam rumoribus occupare. Quàm constanter de classe interceptâ sparsum erat! Nimirum ut mendacio vinceremur. Sed evanescit quidquid solidum non est: satisque nihilominus sine larvâ adversarii terrebunt. Audent extrema, qui de veniâ desperant; & ubi potentiam consumpserint, pertinaciam tamen Regi objicient; vicinis tum maximè sceptris fulciendi. An non tempestivis igitur bellum condi-

conditionibus sufflaminādum putes? Viderint, qui maturis tantam consiliis molem gerunt: ego enim, quia hic cæcus sum, de privatis malo quàm publicis agere, ne aberrem; de studiis quam armis. Arcem verò quidni commendem? Novo mandato opus, sed pusillo quoque pretii incremento, ut ad novum contractum scandularius, impleto jam novennio, veniat. Quid porrò ingenio molfar? Explicationem Censorini ad finem perduxi. Nihil æquè arduum aggressus sum, nihil felicius absolvi. Commentarii mei Insubrici nimis lentum nacti sunt prælum, ad librum vix quintum jam perducti. Quid dicam? torpent literæ, elegantiæ, Musæ, & qui his typi imprimuntur. Tempora accusabo, an magis homines? Desino, ne ad querelas redeā. Vale. Lovanii, in Arce, v. Eid. Decembris. ∞. IↃC.XXVIII.

EPISTOLA LXXXII.

Lugdunum Bat.

DANIELI HEINSIO,

Equiti, V. incomparabili.

NOn ſanè ſine litteris meis ARCERIVS veniet: quas antecedet affectus, ille ardens, innocens, nulliſque impedimentis obnoxius. Peccent tempora; nobis libera & munia Muſarum erunt ſtudia atque commercia; vel in mediis armis. O litteræ tuæ! ô libri! In litteris, ipſe mihi præſens es, quas aureas, quas gemmeas appello: & in libris, qui admirationem ſæculo, licet duro ac ferreo, incutiunt. Ariſtarchus tuus ex oculis meis non recedit, quot verbis, tot documentis fertilis, omnem oſtendens unius ingenii doctrinam ac ſcientiam comprehendi. Et quis te aut non novit, aut Orbis amore dignum

non

non pronunciet? unum multorum instar, compendium, exemplum? A tuo sumo affectu, quod ab ingenio meo non possum: & aliquam nominis lucem etiam apud posteros molior, victurus, quia tibi ignotus non fui. Qui HEINSIVM admirabuntur, aliquid etiam Puteano tribuent; nec me tuum sinet jubar obscurum jacere. Paullatim jam ad senium & mortem imus: atque ego aliquot etiam annis præcedo, quinquagesimum quintum pridie Non. Novembris nuper ingressus. Votum nunc meum est, ut ante summum diem adspectu adhuc tuo ac affatu fruar: quod utinam malacia aliqua temporum concedat! Sin minus; libera saltem inter nos epistolarum familiaritas erit, & periculo immunis. Nôsti quam hîc purpuram veneremur; vel ideò mitiorem, quia sacra est; & inter libros resplendet. Cardinalem CVE-

VIVUM dico, qui magna regiminis pars est, & curas suas cum studiorum amœnitatibus dividit. Admireris industriam Viri, qui ut nihil ignoret, legit & examinat omnia; ingenio magnus, memoriâ opulentus. Nam qui haurit semper, nihil non retinet: liberalis rursus, & copiosus, quoties colloquium instituitur; in quo familiarissima ejus humanitas est. Qui verò tuum ingenium, ut summum & cultissimum æstimat, non, ut opinor, patietur illud à me non coli. Hoc impetrabo ut libri tutò inde transmitti possint, quorum hîc nobis inopia est. Sed Geminus cur non istic typis mandatur? Id sanè sit, benè de Astronomiæ studiis mereri. Est hujus quoque notæ Hipparchus in Aratum; sunt alii, digni profectò novâ luce, qui variis cælum & tempora tenebris olim liberârunt. Facerem Barbarici tempo-

ris (ita Opus Irruptionum inſcripſi) lentè typographus hîc noſter accendit. In Hiſtoriam Inſubricam Commentarii ſunt, & res præcipuè medii ævi complectuntur. Volui autem ipſe novo exemplo mea illuſtrare, & quia moles omnibus placet, volumen (ut ſic dicam) grandire. Quid prætereà nunc dicam? an quod te potiſſimùm ſpectat? Ab Antiſtite noſtro, qui à Balneo nomen ſumit, interpellandus denuò es, ad quem ego ſcripſi, centum millia ſeſtertiûm annua offerenda eſſe. Si quid intelligam, ſcies. Muneris autem mei eſt, omnia, quæ ad ornandum nomen tuum ſpectant, facere. Ita nunc finio, teque toto animo delicium decuſque meum complector. Lovanii, in Arce, Prid. Non. Ianuarias anni novi cIↃ. IↃC. XXIX. quem felicem voveo.

EPISTOLA LXXXIII.

Mediolanum.

IO. BAPTISTÆ SACCO, *V. Cl.*
Senatui à Secretis.

SAlve, & consolationem admitte. Scio enim in dolore te esse, & optimi fratris BONIFACII desiderio affligi. Sed quid?

Longiùs aut propiùs mors sua quemque manet.

Nónne propterea natus erat, ut moreretur?

Bona mors est homini vita quæ exstinguit mala.

Quod reliquum erat ætatis, quid nisi morbus aut mœror occupabat? Quamdiu Deo, hominibus, sibi vacare potuit, vixit: redditus Deo, præmia actæ pulchrè vitæ capit. Id verò est, non amittere fratrem, sed accipere; quia is jam tibi cælo natus est, nulli deinceps fato obnoxius.

xius. Vide etiam, ne amplius sanguinis, quàm pietatis affectui tribuas; tibi, quàm Deo. Deus illum migrare voluit: non sinet in Deum pietas, luctu pectus Christianum confici. A lacrymis ad preces veniendum est, non ut revoces illum tibi, sed ut numini consecres. Nisi modum dolori ponis, jam ipse timere mortem videaris, qui ad senium duxisti annos, & rectissimè adhuc animo uteris. Diu utere, & ostende te majorem dolore esse, qui major fratre eras. Ego nunc, ut aliquâ te amœnitate occupem, hęc folia mitto: lege, & quod dixi, consolationemq; admitte. MONTORFANO salutem amicissimam dico. Lovanii, in Arce, v. Eid. Febr. M. DC. XXIX.

EPISTOLA LXXXIV.

Bruxellam.

COSMO FORNARINO.

TVa tibi thesaurus indoles est, studiosissime FORNARINE, quam melior Genius ad pulcherrima Litterarum ac Virtutum studia dūcit. Ne dubitem, epistola tua facit, plenum elegantiæ amorem spirans, atque etiam mei: quasi aliquid in libris meis ac præcipuè Palæstrâ elegantiæ sit, meoque videaris exemplo ad stili cultum excitari. Tu sequere naturam tuam, neque à vestigiis Antiquorum aberra. Pauca, ut facis, sed diligenter quotidie lege, & gnavâ imitatione tibi vindica. Nemo suo ingenio, suisque opibus dives est. Reddit ager fructum, si semina acceperit: fluunt rivi, quia fontes sunt: & nostrum illud scire sua semina, suosque fontes

tes habes. Omnino, ut stilum formes, Ciceronis familiaritatem, atque etiam Terentii æstima: acumen fortassis à meis quoque scriptis accedet; sed facile, & cujusmodi sine molestia epistola recipit, sine fastidio depromit. Mihi, si quid laudes, nascitur magis quàm quæritur; ac naturâ malo quàm labore facundus esse, ingeniosus, quàm ornatus. Pindari scito,

Τὸ ἢ φυᾷ κράτιστον ἅπαν.

sed naturam, ut semel dicam, exercitatio præparat. Prorsus ut scribas, lege; imò quæ legis, scribe: id enim est imitari. Noli existimare laboriosum esse quod præcipio. Litteræ amœnitates sunt, atque omnes inter flores deliciasque occupatio est Non si vehemens, sed si continuus es, ingenium subiges: quemadmodum qui quotidie nummum stipant, paulatim solent argenti summam cumulare. Nimirum nemo

mo se proficere animadvertit, sed profecisse; & quotquot arbores sunt, surculi fuêre: quotquot viri, non potuerunt nisi per gradus surgere.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Miraberis ipse aliquando hæc jam ingenii tui tirocinia, & ubi maturueris eruditione, memoriâ ruditatis oblectaberis. Quid plura? dum ætas sinit, quod agis age, & cum filio meo quotidie de studiis sermonem institue: ita & tu mihi velut filius eris, quem semper Amicum peculiari affectu nominabo. Vale. Lovanii, in Arce, VIII. Kal. Febr. CIↃ. IↃC. XXIX.

EPI-

EPISTOLA LXXXV.

Antverpiam.

FRANCISCO SVVEERTIO, V.C.

ERgóne optimus ille Clarissimusque eruditorum SCOTTVS occidit? Adhuc, mi SVVEERTI, ingemisco, vero & copioso dolore circumfusus. Amavi virum, quia doctum, quia benè de Latinis Græcisque Litteris meritum, quia familiari etiam mihi consuetudine multis annis conjunctum. Occidit verò; sed ut verè jam vivere incipiat, apud Deum felix, apud homines magnus; quibus profectò ostendit, quid sit pulchrè ingenium occupare. Numquam otiosus, voluit quodammodò inter labores extingui. Vnde non potuit utilis vivendo esse, nisi cum damno moreretur. Reliquit opera semper æstimanda: subtraxit, quæ inchoaverat;

rat; & majori sic quidem sui desiderio. Quid nos igitur? Cogitemus, & nos fato obnoxios, & fortassis proximos esse; ut, siquid in manibus est, majori cura ac studio absolvamus. Vita nisi labor sit, mors esse quies non poterit: otiosi, quia numquam vivunt, semper mortem timent. Sed hæc epistolam excedunt. SCOTTVS cęlo receptus, viam nobis ostendit, quâ ad æternitatem eatur. Hæc mihi ante oculos, tu in animo semper eris. Pro imagine ERASMI quam gratiam referam? Ut scias me debere, beneficium agnosco. Vale. Lovanii, in Arce, Postrid. Non. Febr. ∞. IↃC. XIX.

EPI-

EPISTOLA LXXXVI.

Bruxellam.

IO. BAPTISTÆ HOVVVÆRTIO, *I.C.*

PArtem aliquam felicitatis commoda & amœna habitatio constituit. Commoda autem inprimis est, quæ aliena non est: amœna, quæ Domino magis quam supellectili ornatur. Habes tuam, quod paucis in urbe istâ contingit: habes in sublimi, ut quæ vota & desideria multorum sunt, despicias, vel in divitias, vel in voluptates prona, & abjecta. Qui sapere didicit, erigit animum, cælo cognatum: tu verò quoties ad te venis, quoties larem subis, deprehendere potes, quid homo homini præstet, doctus indocto, elegãs rudi, felix infelici. Ut doctrinâ excelleres, ingeniũ coluisti; ut Iurisconsultum ageres, cum Legibus elegantias complexus es.

Perge

Perge hac viâ: te ipse poteris cõtentus esse, si statueris nihil appetere, nisi quod tuum est: id enim vel Fortuna magnum facit, vel adhuc Sapientia faciet. Etiam Fortunæ est, benè habitare: Sapientiæ, ut scias an benè habites. Vale. Fenestræ utrimque versatilis formam hîc habes. Amœnum erit, in domo amœnâ ambiguas cardinum vices; in his Prudentiæ typum spectanti exhibere. Iterum vale. Lovanii, in Arce. v. Non. Martias, CIↃ. IↃ C. XXIX.

EPISTOLA LXXXVII.

PHILIPPO MAXIMO.

Nobili Romano.

QVid inter Bellonæ & Minervæ studia intersit, in nostro hactenus, sed tenui contubernio, deprehenderis. Nos sub tecto, & solo ingenio bellamus, nullis vulneribus.

neribus, nullisque periculis obnoxii: in libris & scholis milites sumus, eloquio armati, an ornati? O te verè Magnum, qui MAXIMVS es, verè Romanum, qui præter armis ornatum æstimas! Ne solâ manu miles esses, ingenii quoque artes complexus es; mei amans, quasi aliquid ingenio possim. Sic igitur hiberna tua Lovanium esse voluisti, delectâ in habitationem Arce, quasi hìc potissimùm Minervam invenires. Benè de me, benè de domo meâ, ac studiis judicasti; sed ego familiaritatem tuam in gloriam meam verto, & humanitatem veneror, quâ me tuum, & hanc domum reddidisti. Si hoc verò est MAXIMVM esse, imò si hoc est Romanum esse, amplius discere quàm docere potui: veram in te Virtutis indolem inveni. Hac utere, & ad premia adscende, quæ æternum facient.

M Boni.

Boni sibi hæc expetunt, rem, fidem, honorem,
Gloriam, & gratiam: hoc probis pretium est.

Tibi, sic voveo, erit; cui & me & mea devoveo. Lovanii, in Arce, IV. Eid. Februarii, ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA LXXXVIII.

Mediolanum.

IO. BAPTISTÆ SACCO, *V. C.*
Senatui à Secretis.

VNde majorem, quàm ab ipso Deo, capere consolationem potuisti? Video igitur jam non modò animum tuum luctu vacuum, sed Deo dignum; ut evilescere debeat, quidquid ego breviter, alii fortassis copiosè ad leniendum dolorem scripserint. Sed nimis ego breviter, aut familiariter, in re tam gravi, & quæ officium meum requirebat. Contraxi calamum, ne in

tuam

tuam verbis supervacuis constantiam peccarem. A te habes, quidquid suggerere monita omnia possint. Scis enim jam te invenisse fratrem, quem è mortali immortalem Deus fecit, ut tuæ te sortis admoneret. Interim vive, & sic magis dignum te æternitate, & Deo præsta. Nūc occupare te audeo, & rogare, ut folia etiam ista legas: Ita sciam te serenum esse. Optimum MONTORFANUM salvere animitus jubeo, à quo litteras jam accipio: & simul tuas, ad Amicorum amicissimum scriptas. Nos hic hostem timemus novâ & navali prædâ ferocem, ac minantem. Res vestræ utinam componantur! Lovanii, in Arce, XV. Kal. Mart. M. IↃC. XXIX.

EPISTOLA LXXXIX.

Dolam.

IOANNI BOIVINIO,

Consiliario Regio.

OBlectavit me sanè imago gemmæ; cujus (nisi fallor) pretium mysterio immensum est, pulcherrimumque doctrinæ thesaurum continet. De antiquitate tuum erit judicare: ego brevem jam quidem, & adhuc occupatus, explicationem adfero. Verba (ut inde ordiar) videntur hæc esse: FELICITAS POPVLI ROMANI, FAVSTITAS, LIBERTAS: illa, inquam, Felicitas publica, totiesque in gemmis, nummis, lapidibus repetita. Tamquàm à bello dependeat, victoriam ac pacem includit; ut superatis hostibus, arma in gloriam convertantur, tumultus in concordiam. Talis Hadriani nummus. FELICITAS P.R.

in

in quo Imago erecta est, dextrâ ramum, sinistrâ cornu copiæ gestans. Etiam Philippi Imperatoris: FELICITATI POPVL. ROM. in quo quatuor figuræ militares, quarum una nuda, dexteram porrigit Imperatori. Hinc igitur Faustitas sequitur, & plena pacis bona, rerumque omnium copiam suppeditat, Lyrico notante:

Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas.

Sed quorsum Felicitas? quorsum Faustitas? nisi & Libertas sit, quâ unâ continentur omnia. An igitur & sub Imperatoribus Libertas? prorsus, atque adeò sub Tiberio, ad quem hæc inscriptio pertinet:
SALVTI. PERPETVÆ. AVGVSTÆ
LIBERTATIQVE. PVBLICÆ
POPVLI. ROMANI
PROVIDENTIÆ. TI. CÆSARIS.
Magis etiam sub Hadriano, loquente nummo, LIB. PVBL. Si &

figuram vis: sedet, dextrâ ramum, sinistrâ hastam tenens; ut pacis videas & belli simul tempora designari. Hoc modo RESTITVTAM aliquoties leges: sed in præsenti gemmâ non exprimitur summum istud Reipublicæ bonum, sed insinuatur: voluitque auctor litterâ vocabulum tegere, quod imperio grave erat. Ad imagines venio Signa Zodiaci sunt, sed principalia, & ad conspectum trigonum, sive trinum relata: Aries, Leo, Sagittarius, quibus vocabula totidem respondent. Terræ globus, qui medius est, an non Populum Romanum denotat? Sed ab Ariete signorum principe, tribus interjectis, Tauro, Gemino, Cancro, ad Leonem transfertur cæli potestas, & hæc prima linea est: à Leone, omissis Virgine, Librâ, Scorpio, ad Sagittarium, & hæc secunda linea est: à Sagittario, præteritis Capricorno,

Aqua-

Aquario, Piscibus, rursus ad Arietem, & hæc triquetræ perfectio est. Ut signa ista sunt, etiam Deorum tutela reguntur, Aries Minervæ, Leo Jovis, Sagittarius Dianæ; potuitque Mathematica subtilitas rerum humanarum fata ab astris derivare: non sine mysterio, ut hæc quidem gemma trinis signis insignita est. Ad rem Manilius lib. II.

Consensu quoque fata movent, & foedere gaudent,
Atque aliis alia succedunt sorte locoque,
Circulus ut dextro signorum clauditur orbe,
In tres æquales discurrit linea ductus,
Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa:
Et quæcumque ferit, dicuntur signa trigona,
In tria partitus, quòd ter cadit angulus astra:

Quæ divisa manent terris distantia signis.

Explicationem habes, sed (ut dixi) brevem, imò fortassis aberrantem. Quid potui subitò, & occupatus? per otium liberius rectiusque examen esse poterit; aut hoc ipsum ponderibus suis secundæ curę confirmabunt. Vale. Lovanii, in Arce, Eid. April. ∞. ƆC. XXIX.

EPISTOLA XC.

Bruxellam.

CORNELIO CURTIO,

Augustiniano, V. C.

INgenii à te munus accepi, quod apud doctos omnes in pretio erit, & piorum simul animos rapiet. Ostendisti, castam esse Musam posse, quæ venustissima est: tuam esse, quæ vigore suo surgens, cælum nobis & Deum repræsentat. Vin' gratiam dicam? Aeternita-

tem

tem voveo. Nam aut Barbari omnes erimus, & esse homines desinemus; aut elegantissimi versus tui legentur semper, & in versibus nomina, quæ digna laude censuisti. Meum intercurrere quidni gaudeam? Inter amicos & familiares CVRTII, PVTEANVM fuisse videbunt omnes: hoc autem ad famam satis est. Sed quis RIVVS ille, meras gemmas ac delicias vehens? Sic verè agnosco te FONTEM esse, & ad Ordinis totius perennitatem scaturire. De meis verò studiis quid judicabis? Censere ac notare locum Martyrologii ausus sum: OBSERVATIVNCVLAM scripsi. Hanc igitur, quia recentem, gratiæ nunc loco accipies, non tamquàm mittam munus, sed tamquam designem. Nullum enim hic pretium est, nisi quod tu pro humanitate tuâ facies. Vale, Lovanii, in Arce, IV. Kal. Maii. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCI.

Ruremundam.

ARNOLDO DE HAEN,

Consiliario Regio.

NOn jam satis est epistola, ut affectui satisfaciam: amplius enim debeo, quam persolvi calamo queat: majus etiam beneficium erit, si, quâ colloquium meum humanitate æstimasti, eâ silentium facilitate excuses. Veniâ dignus est, qui delictum confitetur; & redit ad innocentiam, qui paratus expiare. Mittam igitur non litteras tantùm, quoties occasio erit; sed & libros, quibus publicè soleo loqui. Quantò arctiùs jungar, ad virtutẽ accedam propiùs, quæ in pectore tuo sedem collocavit. Cùm familiaris ero, non facilè mori amicitiam ostensurus sum, quæ honesto coalescit, & vel

cogna-

cognatione solidior est. Non frustra olim dictum puto:

Conjunctio animi, maxima est cognatio.

Amplius quidem est amare, quàm jungi: sed non omnes sciunt, quid firmum amorem faciat, & quibus potissimùm vitæ officiis animorum nexus conservetur. Fortunam respicere, aut quæ cum fortunâ veniunt, nundinantis, non amantis est. Me verò integerrima mens tua rapit, eas complexa artes, quę, sperto vulgi exemplo, ad Sapientiam evehunt: & rapiunt mores tui, ad veram elegantiam facti. Quia nihil nisi è præscripto æquitatis vel dicis vel facis, muneris tui dignitatem, quâ alii alibi magni sibi videntur, minorem te reddis. Vita tua dignitas est, & ornamenta à virtute capit: dignitas occupatio est, publicè utilis, quia privato ubique lucro Justitiam anteponis. Hoc est igitur,

tur, verè Senatorem Regium esse; hoc est, mereri affectum omnium; meum verò peculiari ratione stimulare. Sanè licet siluerim, suspexi quidquid laudare in te poteram: & quia nefas erat, longiori morâ taciturnitatem extendere, in laudem magis, quàm epistolam erupi. Si permittis tamen pauca ista in responsum verba computari, prolixitate incipiam ac diligentiâ testari affectum, tamquàm semper scripsisse videar. Vale. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Junii. cIɔ. Iɔc. XXIX.

EPISTOLA XCII.

Lugdunum Bat.

GERARDO IOANNI VOSSIO. *V. C.*

LIbera tandem aliquando humanitatis nobis officia erunt, decumanâ belli severitate impeditâ. Patet enim jam tabellariis iter, quod affectui meo numquam clausum

ſum fuit. Homo non eſſem, niſi te amarem; à Litteris & honeſtis artibus alienus, niſi ſingularem doctrinam tuam & excellentem ingenii vim etiam tacitus ſuſpicerem. Mirum etiam in modum accendit animum meum nupera illa epiſtola tua, amantiùs neſcio, an eruditiùs exornata, an etiàm modeſtiùs. Qui hoc agis, ut mente complectaris optima, adhuc ignorare videris, quantum tibi docti omnes tribuant. Magnus es, qui docere omnes potuiſti. Ejuſmodi libri tui ſunt, de Hiſtoricis Latinis incredibili induſtriâ ſcripti; nequid jam de Græcis dicam, quos omnes tibi obſtrictos habes. Laudo, imò ſummoperè admiror utrumque hoc opus. In altero enim totam exhauſiſſe Antiquitatem videris: in altero veteribus adjunxiſti novos, claris obſcuros nonnullos; ſed ut illuſtrares ſimul omnes. Pulchrum meher-

meherclè facinus, neminem prætermissum esse. Quisquis enim Historiam attigit, benè de genere humano meritus est; & quia aliquam rebus lucem dedit, luce ipse dignus erat. Inter sordes & fumum nónne gemmam interdum invenias? Ad famam satis erat, eminentes scriptores, tamquàm lucida quædam sidera recensere: sed ut amplius publicæ utilitati dares, viliores etiam calamos pulcherrimo & semper victuro Volumine complexus es, nequid deinceps omnino in Historiâ nesciremus. Juvat profectò & illos, ut sic dicam, capite censos intueri, hactenus utiles, quia ingenium occupârunt. In tenebris tenue etiam lumen veram aliquam imaginem distinguit: & quis est, qui non malit luscus esse quàm cæcus? Non potuit igitur diligentia tua in vitium excedere; nemini supervacua, nisi nuperum

ævum,

ævum, & Monasteria omnia, in quibus Litteræ conservatæ sunt, fastidiamus. Quid mihi verò doctissimus ille labor tuus profuerit, publicè in Commentariis meis Insubricis, quibus Irruptiones Barbarorum in Italiam illustro, profitebor. Historicum, & simul Interpretem egi. Ita enim videbar & purius narrare, quæ cadente Imperio Romano gesta sunt; & faciliùs explicare, quæ, ut sæcula illa erant, plus noctis quàm diei habuêre. Propediem, ut spero, mittam ad te opus, sed tamquàm ad Censorem suum. Nam qui omnem examinasti Historiam, meam etiam emendare poteris. Nunc illam de S. FLAVIA DOMITILLA Observatiũculam vide, & Clarissimo simul HEINSIO ostende: ad quem mox & litteras & exemplar missurus sum. Nuperas verò meas ab ARCERIO an acceperis nescio. Summum crimen putem,

tem,

tem, in tanti Viri affectum silentio peccare. Partitiones Oratorias non Batavicis tantùm scholis, sed omnibus omnium provinciarum dignas judico. Faxo & hinc Eloquentiæ priscæ specimen sibi filii mei proponāt. Valę, & me amare perge. Hem, CHRISTOPHORVM CALENIVM video Avunculum tuum magnum fuisse: sed CALENII Venlonenses sunt: an igitur & Patriæ nexu jungimur? Iterum vale. Lovanii, in Arce, XIII. Kal. Junii. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCIII.

Heinsbergam.

PETRO STREITHAGENO, V. C. *& Canonico.*

ET quid mirum ab igni scintillas, à fonte latices prosilire? in pectore tuo ignem alis, sed serenum æthereumque; fontem alis, sed

ſed purum ac perennem. Quàm candidè ames, ſcintillæ indicant; & his correptum me fateor: quàm doctè & facundè ſcribas, latices conteſtantur, & his ſentio ſuaviter me imbui & excitari. O Litteræ tuæ! ô carmen! Sed illæ, præter amoris teſtimonium, quid niſi laudes ſunt? hoc ad invidiam ſcriptum, nimio modeſtiam meam encomio onerat. Quò te felicitas ſtili rapit? Vide obſecro, ne judicio tuo impar, rurſus quem concepiſti affectum, imminuam. Meæ mihi mediocritatis conſcius ſum; magiſque honeſto ingenii conatu prodeſſe Reipublicæ ſtudui, quàm ad famam eniti. Quæ muneris mei ratio fuit, occupare otium coactus ſum, aut inertis nomen incurrere. Varia igitur, nunc amœna, nunc ſeria, genium ſequens meum, ſcripſi; quæ ſi aliorum cenſuram tuæ ſimilem invenient, apud poſterita-

tem fortassis victura sunt. De Historiâ nihil jam dico; nihil de MEDICÆO meo: sed IRRVPTIONES BARBARORVM IN ITALIAM, vastum argumento opus, propediem velut mutuæ benevolentiæ symbolum mittam. Nunc, quæ ad manum sunt, hæc MIRACVLA habe, & piâ te parumper lectione oblecta. DE FLAVIA DOMITILLA opinionem tuam libenter intelligam. Vale, & sic me ama, ut laudibus parcas; sic lauda, ut amorem augeas. Ego brevem epistolam ingentis amoris tesseram esse cupio, & vel ex ipsis aquis meis, quæ jam incaluerunt, ignem missurus. Vale. Lovanii, in Arce, v. Non. Quinctil. ∞. IↃC. XXIX. Si hilarem me vis, cura HILARIONEM tuum nanciscar. Iterum Vale.

EPI-

EPISTOLA XCIV.

Bruxellam,

FERDINANDO DE BOISSCHOT,
Equiti Ordinis S. IACOBI, Brabantiæ Cancellario.

MErcurius hic noster commendari voluit: & nónne favore tuo dignus? Virum & munus compara: hoc viro nemo aptior, promptior, peritior, sive captandus publicè rumor, sive dissemiuandus. Sed neque hoc munere hoc viro carere jam Respublica potest. *Bella famâ constare*, nónne Curtius pronuntiavit? Cùm id igitur studiosissimè hostes agant, ut quæ geruntur fictis sæpè rumoribus populo committant; nostrum est corrigere famæ mendacia, & veri narratione erigere vel dubios alibi, vel prostratos animos, & fidem publicam cautè occupare. Illi insuper quæ

 pro-

prospera nobis, silere plerumque solent; & hac nos arte excitant, ne muti simus, totamque videamur fortunam adversam & iratam habere. Sed nolo plura; ne suggerere velle videar, quæ prudentia tua cernit & penetrat. Hoc rogo, ut meâ etiam caussâ Mercurio huic nostro propitius sis: sis populo, qui ab hoc Mercurio dependet. Vale, Lovanii, in Arce, XI. Kal. Quinctilis. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCV.

Romam.

CHRISTOPHORO CHAMBERLINO

Suo.

VIdeo te, mi CHAMBERLINE, inter philosophiæ studia, more sæculi aspera, Litterarum nihilominùs amœnitatibus adhærere, imo scriptione amœnum esse. Si me audis, ad lectionem convertes quid-

quidquid erit otii, & vetusta Romanæ linguæ ac Sapientiæ monumenta sedulò evolves. Dicerem & Græcè, si te auderes à multorum nimis molli exemplo segregare. In Romuli urbe Athenas cogita, & Atticum sermonem familiarem tibi redde, quo Latinus vel perficitur, vel ornatur. Hoc erit profectò περιδέξιον esse, & vel inter eruditos eminere. Ut ingenium tuum esse magnis debet applicari, & tuipse quæ capesses deinceps studia, magna facies, si ingenio perges uti, & à Litteris Linguisque subsidia adferes. Theologum agere, sanctius est; Jurisconsultum, utilius. Mihi tamen Theologus non erit, qui majestatem scientiæ absque Sacrâ Scripturâ Sanctisque Patribus volet tueri: Jurisconsultus non erit, qui forum magis & lucrum sibi, quàm Antiquitatem & elegantiam proponet. In bivio es, elige: sed du-

ra blandis præfer, ut sine errore eligas. A me si quid auxilii, posce, & Vale. Lovanii, in Arce, XVII. Kal. Quinctil. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCVI.

Bruxellam.

MARTINO PORRESIO.

GEminum in pulchellis nitidisque litteris tuis affectum video, doctrinæ, & mei. Illum quâ satis laude, hunc quo satis gaudio excipiam? Omnis ætatis ornamentum, omnis vitæ solatium humanitatis illæ artes sunt: quas quia tractas, jam te, incipis virum, etiam ante ætatem ostendere; animum ad res magnas, & stirpe tuâ dignas, præparare. Assurge, & sequere vocantem ad se gloriam: sequere Heroïcæ virtutis virum Parentem tuum, quem tibi ipsa gloria ostendit. Tanto mehercle exemplo potes

tes Magnus esse; sed si tecum perges eruditionis cultum simul attollere: amare è sublimi viros, qui ut prosint Reipublicæ scientiam malunt, quàm fortunam sequi. Nomen in his meum & ego profiteor, jam affectu tuo lætus; quem tamquàm calamo satis non exprimas, colloquio cupis explicare. Veni, Urbem & Academiam nostram vide; sed Arcem hospitium tibi habe; in quâ & Palladem hilariorem, & jucundiorem ipsam amœnitatem accessu tuo facies. Plura scriberem, nisi & colloqui ego mallem. Cultum meum obsequiumque Optimo Generosissimoque Parenti indica, ac Vale. Lovanii, in Arce, xv. Kal. Sextil. ∞. IↃC. xxix.

EPISTOLA XCVII.

Chimacum.

IOANNI ROVBAVLXIO, V. N.

DEbeo affectui tuo, Vir Nobilis, qui meo potissimùm ingenio utendum censueris, in funere Optimi Principis tui Inscriptionibus exornando. Vtinam ipsum, ac viventem licuisset! Deus noluit, qui humana ista omnia suo arbitrio temperat, nunc tristia, nunc læta. Sed ego scribendo pars quoque luctûs ac mœroris fui. Tenerrimo enim affectu non minùs planxi mortuum, quàm laudavi: perfusum adhuc dolore pectus gerẽs. Quàm raræ virtutes, quàm pulchrę dotes, quàm heroicæ elegantiæ cum hoc Principe extinctæ sunt! Has plerasque licet scirem, in scripto tamen illo tuo distinctiùs legi, & formare tristem exsequiarũ pompam

pam

pam facilius potui. Addidi amœnitatem aliquam sive ingenii, sive sermonis, ut publicum mitigarem dolórem; nisi tamen sic magis extenderem. In eo ipso unum hoc nunc gaudium capiam, si intellexero, scriptionis obsequium Principi Viduæ, liberis, tibi placuisse. Vale, & me inter tuos recipe. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Octob. ∞.IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCVIII.

Heinsbergam.

PETRO STREITHAGENO, *V.C.*

Canonico, & vero Amico.

QVidni verò tam suave deinceps nomen usurpem? Ad laudem tuam facit, doctum te bonumque esse: ad meam, esse te Amicum. Gaudeo igitur ac lætor à docto & bono me amari. Nova indicia, imò testimonia litteræ tuæ,

carmen, munus. Sed in munere & Patris genium, & Filii video: geminam, ut sic dicam, pietatis Musam. Hæc me allicit, ut & à Patre amare cupiam. DE HILARIONE tuo vin' judicium meum? candidè: Majestas carminis victuræ semper famæ par erit. Ea inventionis felicitas, eloquii dignitas, totius operis ingeniosâ ambage circumducta vaticinatio; ut te inter felicioris ævi Poëtas ausim collocare. Plura quid attinet? Vicisti hoc munere Puteanum tuum: quidquid enim missurus sum, minus erit. Accipies tamen mox IRRVPTIONES meas, totam medii ævi Barbariem: quam non barbarè describere sex libris conatus sum, Barbarorum verò Scriptorum testimoniis veram reddere. Vix jam fero typographi moram, crescentem quodammodò cum ipsâ mole. Aut fallor tamen, aut proximè redeunti

ti ad nos tabellario opus consignabo. Eâ igitur occasione uberiùs. Non omnino serenum hîc otium meum esse, aut ingenium extra nubem, ex hac adjunctâ schedâ intelliges. Vale. Lovanii, in Arce, VI. Kal. Septemb. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA XCIX.

Lutetiam

PETRO GASSENDO, *V. C.*

Σπουδαίως ζῆν ἄριστον. Lauda, mi GASSENDE, Epicurismum meum. Sequor virum, qui ubique clamat, HONESTE VIVENDVM ESSE: & hoc duce rectè agere malo, quàm multa scire. Satis profectò est, seipsum non ignorare, in rebus agendis Naturam & Rationem sequi; quæ vera philosophia est, & ab illo olim tradita, qui cùm aliquando clarissimus esset, posteà tamquàm impurus lacerari

rari cœpit. Quando igitur desipere tandem desinemus? quando bonum, sobrium, sanctum Epicurum, & verum Naturæ mystam Philosophorum Scholæ agnoscent? Tu facies, quod curis solutior aliquando destinaveram, & à tanto nomine infamiam propulsando, κυρίας nobis δόξας vindicabis. E tam vastis solidissimæ doctrinæ voluminibus quantilla fragmenta reliqua sunt! Ille πολυγραφώτατος, & qui librorum multitudine Scriptores omnes vicit, tamquàm iners & otiosus exsibilatur. Recense, qui supersunt, titulos, & stuporem inicies: adde ac mone, nihil de alieno sumptum, & erubescet ætas nostra scriptitare; quæ cùm Epicurum non habeat, plures tamen Chrysippos dedit, non auctores librorum, sed, ut jocosè dicam, aratores. Quis suo ingenio famam quærit, aut ad libri laudem stili putat ele-

gan-

gantiam pertinere? In pretio moles est, in mole pretium est, & magnitudinem quomodocumque structam, non mente, sed oculis æstimamus. Itaque vasta omnes scribunt, pauci sua: colligunt omnes, totamque studiorum famam solo labore definiunt: docti scilicet, si nihil ingenii, nihil acrimoniæ adferant. Alius omnino Epicurus fuit, totus suus; qui nec opinioni, nec fortunæ servire didicerat, animo complexus, quidquid scire homo posset, aut quidquid ad felicitatem ingenii faceret. Monumenta ejus & opera quemadmodum infinita erant, ita optima: infelicia tamen, quia in malas & iniquas manus inciderunt. Sectatores accuso: ab his mutatâ, imò corruptâ doctrinâ, Clarissimi industria Auctoris obscurari cœpit. Cùm in plerosque deinde veteris Sapientiæ Mystas novi Philosophi insurgerent,

in Epicurum acrior tempestas ejecta est. Vir innocentissimus totam hominum voluptariorum, qui secuti, infamiam sustinuit. Fontem cogita, & in hunc omnes rivorum sordes redundasse. Sic igitur postquàm in odium conspurcata doctrina venit, mirum non est, libros aboletos esse. Nunc ut aliquid tandem remedii ac solatii sit, non sinet diutiùs Epicurum eruditio tua jacere. Porticus restituta est: quidni & Horti honorem suum capiant? Hîc ambulare, hîc Sapientiæ fructus decerpere suave erit. Nequid cedamus Stoicorum rigori, in aquâ & pulte licebit voluptatem invenire. Seneca nónne testatur? *Sancta* ait *Epicurum & recta præcipere, &, si propiùs accesseris, tristia.* Quomodo? *Voluptas enim illa ad parvum & exile revocatur: & quam nos virtuti legem dicimus, eam illi voluptati.* Reliqua in Como meo (quæ deliciæ

ciæ tuæ sunt) expressi. Sed imago ipsa, quam dedi, nónne loquitur? Sicca, severa, tristis est, Sapientiæ manu formata. Putes ab ipsis labiorum lineis, aurea illa verba venire: Σπουδαίως ζῆν ἄριστον: prorsùs repręsentari, quemadmodum Lucianus in Pseudomante eum describit, ἄνδρα ὡς ἀληθῶς ἱερὸν, καὶ θεσπέσιον τὴν φύσιν, καὶ μόνον μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότα, καὶ παραδεδωκότα. Quid attinet plura? Rectè tu quidem in loco Laërtii χαίρειν καὶ εὖ πράττειν conjungis; tamquàm meum mihi scitum vindices. Notandum hîc tamen, quod Lucianus ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πλάσματος scribit, *Epicurum in epistolis* σπουδαιοτέραις *solitum in ipso statim initio* τὸ ὑγιαίνειν *exarare*. Prætereà illud, φίλον τε οὐδένα κλήσιος, neglectâ Casauboni opinione, ingeniosè & verè in φίλον τὸν δεῖνα commutâsti. Non poterat enim voluptatis Magister ab amiciti

citi

citiâ alienus esse, qui & in his sacris utilitatem laudat. Potest interim Epicurus eos meritò reprehendere, *qui*, scribente Senecâ Epistolâ IX. *dicunt Sapientem seipso esse contentum, & propter hoc Amico non indigere.* Quinam? Stoici. Et horum tamen decretum istud: *Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine Amico, sed ut possit.* Hac ratione Epicurus Amicum eligit, non ut putet se sine eo vivere non posse, sed velit ac possit cum eo suaviùs. Quia de Amicis, rectè etiam de Discipulis. Et quis non in sententiam tuam libens eat? quis non, ut Metrodorum Lampsacenum habeamus, Ἀθηναῖον καὶ Σάνδην nomina, non nomina, expuncta esse velit? Omnino verisimile est, Athenæum & Suidam in margine citatos fuisse, ac deinde in contextum irrepsisse, sed è Suidâ natum esse Sanden. Timocratem tamen non teme-

merè loco suo pellam : quem Metrodori fratrem fuisse mox Laërtius indicat, & inter ἐλλογίμους recenset. Possis igitur hîc fortassis legere, Μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς μὲν, σφόδρα δὲ ἐλλογίμους, Τιμοκράτην, καὶ Μητρόδωρον Λαμψακηνόν. Sed nihil statuo, teque jubeo judicio exactissimo tuo uti, cui Docti omnes acquiescent. Nunc ut magis etiam te excitem, novâque tesserâ benevolentiam meam tester, has Hadriani Junii in vitam Epicuri, à Laërtio scriptam, Notas, quas celeberrimæ eruditionis Vir IANVS RVTGERSIVS ad me nuper misit, adjungo. Vale, & quod agis age. Epicuri imaginem his sententiis, si me amas, orna : Superiori parte ΣΠΟΥΔΑΙΩΣ ΖΗΝ ΑΡΙΣΤΟΝ. Seneca Epistolâ XXI. *Eò libentiùs Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis qui ad illa confugient, probem quocumque ierint,* HONESTE ESSE VIVEN-

DVM. Inferiori verò, Epicuri dictum apud Senecam, Epistolâ XXV. *Sic fac omnia, tamquàm spectet* EPICVRVS. Et Epistolâ XI. *Aliquis vir bonus nobis eligendus est, ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquàm illo spectante vivamus, & omnia tamquàm illo vivente faciamus.* Iterum Vale, & Clarissimum RIGALTIVM meo nomine complectere: ad quem mox IRRVPTIONES BARBARORVM missurus sum. Lovanii, in Arce. Nonis Novemb. ∞. IↃC. XXIX.

EPISTOLA C.

Hagam.

IOANNI CABELIAVIO. *V. C.*

BEnignum naturæ tuæ genium, Vir Clarissime, admiratus sum. Pauci enim sic amant; addo, sic scribunt: pauci veram virtutem, facundam eruditionem possident. In affectu tuo flammulæ virtutis

sunt,

ſunt, ſilentio hactenus preſſæ, ut majore impetu erumperent: in litteris verò cultiſſimæ Suadæ libertas eſt, priſcas omnino veneres & elegantias ſpirans, nec non ſapientiam è fontibus Socratis hauſtam. Barbarus ſim, ac planè elephanti corio circumtectus, niſi inter decora te ſæculi noſtri cenſeam; niſi me felicem amore tuo, tuâ ſcriptione. Tantum in ſtudiis Humanitatis profeci, ut quid tibi Optimo, Doctiſſimo, Eloquentiſſimo tribuendum ſit intelligam. An dico? hæc doctrina mea eſt, alienam venerari. Siquid etiam famæ nactus ſum, non meæ induſtriæ, ſed Doctorum hominum benevolentiæ adſcribo: inter quos divinâ quâdam ingenii felicitate, & incomparabili eruditione HEINSIVM eminere, & ſæculi noſtri Phœnicem eſſe, quàm candidè ſtatuo, tam liberè libenterque tecum pronun-
 cio.

cio. Sed non solo Sole ornari cælum, naturæ interfuit: accedunt sidera. Ad prestantiam quoque ævi nostri facit, tuum ingenium velut sidus apud Belgas relucere. Legi jam Centuriam Epistolarum primam; Benè igitur SIXTIVS AMAMA *Sermonem* tibi *Academicum* inscriptum esse voluit, tuo exemplo mores juventutis formaturus. Sed qui te noverat, quidni *omnia in te supra ætatem & sortem præsentis sæculi* deprędicaret? Regibus carus es, & hoc satis, ut omnibus placeas: HEINSIO familiaris es, & hoc satis, ut tuam omnes amicitiam ambiant: quos ut vincas humanitate, ultrò rogas & invitas. Viderint alii: ego, quemadmodum affectui tuo debeo, ita magis etiam geminâ scriptione obstringor. Etenim quâ amas, ignis es; quâ scribis, facem geris: cùm incendere animum meum potueris, inflammare voluisti. Nunc vale, &

sic

sic ama, ut novum semper ignem; sic scribe, ut novam semper facem sentiam. Ita cùm TUUS sim, te meum esse pariter gloriabor. Iterum vale. Lovanii, in Arce, III. Eid. Octobris, quo die Claudius Imperator Deus esse cœpit, & cucurbita factus est; quo etiam die hanc ejus ἀποκολοκύνθωσιν explicare publicè incipiebam, ꝏ. IↃC. XXIX.

F I N I S.





